



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

Liber Qvintvs De præceptis secundæ Tabulæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

LIBER
QVINTVS.

*De Pręceptis Secun-
de Tabula.*

De Honore Parentum.
Caput. 1.

Honora patrem tuum, &
matrem tuam, vt sis lon-
genus super terram. Exod.
Cap. 20. Sub appellatione patris &
matris quatuor clauduntur per-
sonatum genera. *Primo parentes,

qui nos genuerunt. *Secundò Superiores potestatem spiritua-
lem super nos habentes, vt Papa Epif-
copi, ac cæteri Prælati. *Tertio Im-
peratores, Reges, Duces, & Princi-
pes mundi. *Quarto loco reponū-
tur Magistri, Tutores, & huius-
modi, qui omnes vt patres coli
debent, & honore affici. Filii tria
parentibus exhibere tenentur: a-
morem, obseruantiam, & reue-
rentiam: Amorem quidem exter-
num, & internum, ita vt mortu-
liter peccent, qui eos odio habent
aut malum aliquod notabile cor-
poris aut animæ, iis desiderant, vel
illos graniter ac sapius contristant
& est circumstantia in confessio-
ne propalanda, si Nauarro credi-
mus. Cap. 14. n. 11. Tenentur
etiam ipsi filii eorum necessitati-
bus corporalibus, & spiritualibus
subuenire, adeo, vt qui in necessi-
tate iis defunt, etiam vt Reli-
gionē ingrediantur, peccent mor

taliter. Et ingressi in necessitate extrema, & grati, egredi tenentur. At si post filii professionem, parentes in necessitatem inciderunt, non tenetur filius nisi in extrema egredi, in qua quidem, etiam post petitam à superioribus licentiam, & non obtentam, licite egredietur. D. Th. 2. 2. q. 101. 4. Alenf. 3. q. 33. Ad hæc, si pater, & filius in extrema fuerint necessitate, filius patri potius, quam filio subuenire debet. Obseruantia similiter parentibus præstanda est, ita ut filius teneatur obedire patri in iis quæ ad bonos mores spectant & ad gubernationem domus, ita ut mortaliter peccet, si contra patris voluntatem indignam ducat uxorem. Reuerentia demum magna eis debetur, unde qui patrem aut matrem percutit, etiam leuiter, vel illis maledicit, vel aliquadicit quæ ex se prouocant ad magnam iram, vel coram iudice cri-

minali in foro accusat (crimine hæresis aliis periculosa, & læsa Maiestatis exceptis) peccat mortaliter. Parentes etiam filios obsequentes, paterna humanitate mutuo diligere, & adamare tenentur, ac iis alimenta, & alia corpori & animæ necessaria præbere debent, quando his opus habent quare nec possunt illos auocare à bono statu complectendo vt religionis, nec ad illum eos cogere.

De obligatione mutua inter virum, & uxorem. Cap. 2.

Vir non debet sine legitima causa uxorem suam ab implatione diuinorum præceptorum impedire, vt ab audiendo sacrum in diebus festis: à confessione, & communione, saltem in Paschate nec grauius vel ex odio percutere seu probro afficere.

animo illam afficiendi iniuria, nã licet ob correctionẽ liceat aliquãdo dicere verbum iniuriosum, animo tamen iniuria afficiendi non licet, sed debet illã corrigere prout conuenit, præterea prouidere gubernationi domus quo ad rem & mores, cum vxore etiam habitare, si causa legitima aliter nõ permittit. Vxor pariter viro suo obedire debet quo ad bonos mores, & domus gubernationem: siquidẽ velle, viro spreto, suo modo domum gubernare, & rixis virum ad blasphemiam incitare, mortale est. Teneatur etiam ipsum sequi quando ipsam ad cohabitandum vult in aliũ locum, vel in aliam regionem ducere, dummodo ante matrimonium, pactum non antecesserit contrarium, vel ex loci mutatione, vitę discrimen sibi imminere non intelligat, vel peccati mortalis, vel si vir esset vagabundus nec ante matrimonium talis esset.

De Episcopo non consecrato.
Cap. 3.

ANte Episcopatus collatione Episcopus potest multis modis peccare, præcipuè appetendo ipsum Episcopatû: enim uero indignus, & non aptus tanto regimini, qui Episcopatû vel aliam dignitatem desiderat, nec cogitat dignum se exhibere, peccat mortaliter, & similiter qui illum desiderat propter reditû vel honorem tâquam propter finem, se- cus si ab illis simpliciter ad hoc mouetur, & non tanquam à fine. Si quis autem Episcopatum desiderat propter officium, nempè, ut profit, præcipuè in necessitate Ecclesiæ, seu diuina reuelatione, non peccat. nam ut sic qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, & bene: primi autem

non bené, ideo nec sine peccato. In ipsa collatione tripliciter potest peccare Episcopatum amplectens. * Primo. Si est ignarus, & ineptus, aut publicus peccator. * Secundo. Si per simoniam, vel fraudem illum acquirit, vel ante ætatem legitimam, aut sacrum ordinem susceptum antea, per sex menses. * Tertio. Si Episcopatum recuset pertinaciter, Papa præcipiente, nisi sit ignarus vel inutilis. Post collationem vero illi factam debet intra tres menses consecrari, sub pena restitutionis omnium reddituum pro rata illius temporis, nisi vero post sex menses curet se consecrari, ipso iure perdit Episcopatum.

De Episcopo post consecrationem.

Cap. 4.

ANte omnia, Episcopo iam consecrato necessaria est pastoralis residentia, etiam si

Episcopus sit Cardinalis. Concil.
Trid. Sess. 23. de reformat. c. 1. &
sine causa legitima nõ residere est
peccatum mortale, & tenetur re-
ditus integros pro rata, Ecclesie,
vel pauperibus restituere. Potest
tamen ad breue tempus, vt puta
duorum vel trium mensium, vel
recuperandæ sanitatis, vel alterius
iustæ occasionis gratia non reside-
re, sed longior absentia nullo mo-
do permittenda, nisi Christiana
charitas, vel necessitas urgeat, aut
euidens Ecclesie, vel Reipub. utilitas,
seu debita Papæ obseruantia
aliter consulat. Huiusmodi ta-
men causæ à Papæ approbandæ
sunt, vel à Metropolitanò, aut se-
niore suffraganeo, & in tali ab-
sentia summa ope niti debet, ne
Ecclesia sua, aliquod detrimentum
patiatur. Item, tenetur per seip-
sum ordines conferre, & confir-
mationis Sacramentum, singulis
annis chrisma conficere, ordines

& beneficia, non nisi dignis conferre, qui etiam beneficia digno relicto, indigno confert, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem: Quod peccatum committit etiam si digniori relicto, dignotantum conferat, quamvis tunc ad restitutionem minimè teneatur. Episcopus insuper debet concionari, & verbum dei seminare. Concil. Trid. Sess. 5. cap. 1. & impeditus, alios peritos debet substituere, Synodum Diocesanam singulis annis conuocare, & Episcopatum visitare, vel saltem maiorem partem, si totum non possit, ita vt biennio totum visitet, idque per se, aut per Vicarium, si per se non possit, præterea bonos ministros constituere, mores populi diligenter considerare, & esse vitæ irreprehensibilis, elemosynas elargiri, subtractis enim iis, quæ ad decentem victum, & frugalem mensam, & consanguini-

neorum paupertatem subleuandam, ac famulorum sibi deseruientium necessaria sunt, residuum sub mortali pauperibus erogare tenetur: quod tamen intelligendum est de bonis Ecclesiasticis, nam de illis quæ de iure hereditario, aut alio sæculari titulo possidet, non tenetur magis facere eleemosynam quàm quiuis alius de suis. Neque tamen si de prioribus non faciat, tenetur ad restitutionem cum etiam illorum habeat dominium: grauiter tamen peccat, eademque est ratio in re pari de aliis Ecclesiasticis. Quod si Episcopus ex aliqua Religione fuerit assumptus, ad ea tenetur statuta, quæ illius sunt Religionis, maximè autem ad vota essentialia & ad habitum, obedientiam tamen ad Papam transtulit, & quod ad paupertatem attinet eam etiam seruare debet, seruat autem in quantum etsi vsum bonorum ha.

beat, non habet tamen dominium: ad cetera autem quæ non potest cum suo statu seruare, non tenetur, & in illis in quibus cum religiosus esset poterat superior cum illo dispensare, potest ipse secum. Non debet ex leui causa excommunicationem fulminare, vti Cōcil. Trid. Sess. 25. cap. 3. sed oues suas sēper ad cōcordiā hortari, & si publicus fuerit peccator, & ad regimen minimè idoneus, debet petita licentia Episcopatum relinquere, & bonis cedere, & si emitat votum simplex religionis tenetur Episcopatum deserere petita licentia à Papa.

De Curato. Cap. 5.

Curato multa sunt necessaria. Primo. Vt sit legitimus nam illegitimus sine Papæ dispensatione non potest benefi.

cium curatum, nec reditus eiusdem percipere. Potest tamen Episcopus cum illegitimis dispensare, ut obtineant beneficium non curatum. Debet annum saltem vigesimum quintum agere, & post beneficii collationem intra annum si beneficium illud curatum non sit collegiatum, fieri sacerdos: ac preterea habere animum clericandi alioquin tenetur ad fructuum restitutionem, debet esse idoneus tali ministerio. Ex Trid. Sess. 7. Cap. 3. nec potest retinere duo beneficia curata, sed alterum debet intra sex menses relinquere, alioquin utrumque ipso iure vacat, immo nec beneficio curato pingui, debet addi aliud simplex, nisi in causis ex quibus licet plura beneficia habere, potest tamen vnum alteri addi quando vnum non est sufficiens sustentationi, sed hoc etiam cum facultate Pape fieri debet & non aliter. Tenetur etiam intra duo

mens post collationem, & possessionem acceptam, professionem emittere in manibus sui Episcopi, vel eius Vicarii: in qua iuret publicè obseruantiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: Concil. Trid. Sess. 24. Cap. 12. Residere tenetur, & celebrare quolibet dominico die, & aliis maioribus festis perse, vel per alium, & quidem pro parochianis & non pro aliis, imo vero & singulis diebus quando beneficium est pingue. Debet etiam saltem diebus dominicis prædicare, & doctrinam Christianam docere, vt idem Concil. monet. Tenetur insuper Sacramenta administrare, publicos peccatores in parochia querere, publica vita corrigere, vel Episcopo manifestare: infirmos visitare, & in necessitatibus occurrere: præcipuè cum morbo periclitantur, & illis sacramenta ministrare, & ad testamècum hortari nam contin-

git aliquem mori, & damnari, qui si sacramenta suscepisset saluus esset: sepulturam etiam sine Eleemosynis pauperibus erogare tenetur,

DE QUINTO Præcepto.

De peccato homicidii.
Cap. 6.

Homicidium est * iniusta hominis occisio: quæ potest quinque modis fieri: facto, præcepto, consilio, permissione, & auxilio. Occidere seipsum, vel membrum sibi abscindere ex deliberatione, est de genere suo mortale, quia est contra charitatem, qua quis se diligere tenetur: & contra iustitiam, quia homo non est vite suæ dominus, sed custos, unde, & si Samson, &

aliquz

aliquæ virgines se ipsas occiderunt
hoc ex reuelat. Spiritus Sancti fa-
ctum est, vt docet D. August. 5.
de Ciuitate Dei Cap. 17. licet ta-
men sibi membrum abscindere in
duobus casibus. * Primo ob sani-
tatis & vitæ conseruationem, ad
quod tamen nemo tenetur nec per
se nec per alium. * Secundo ad ma-
ius incommodum vitadum, quo-
modo Iosephus 2. lib. Belli Iudai-
ci sibi vnâ manum abscidit ne
vtramque perderet, peccaret verò
etiam qui se ipsum occidi permit-
teret, nisi ob Reip. defensionem,
vel amicorum, vel fidei, vel si ob
bonum proximi id ageret. Quan-
do quis ab alio iniuste inuaditur li-
cet possit facile illum occidere, po-
test tam è permittere se ab illo oc-
cidi ne ille in peccato mortali mo-
riatur. Item qui damnatus est ad
mortem, tenetur quidè ad omnes a-
ctiones quæ disponunt ad occisio-
nem, non potest tamen sei ipsum oc-

Q

cidere, vel ex scala proiicere. Sed
 neque licitū est se à iudice defen-
 dere, eum vel verberando aut vul-
 nerando, quāuis quis sit innocens,
 potest tamen cū quis est in carce-
 re etiam iusta ex causa, fugam ar-
 ripere, vincula, muros, & portas
 frangere, modo dāna illa sarciat, &
 fuga sua damnrāliis non inferat,
 neque tamen licet saltē ministris
 Iustitiæ instrumenta ad fugiendū
 illis dare, ac similiter qui iuste dā-
 natus esset ad vitam inedia finie-
 dam, si habeat cibos, potest sume-
 re, licet ad hoc non teneatur, sicut
 neque quisquam ad illi dandum
 possetque idem venenum sume-
 re, si ad hoc damnatus iuste esset,
 sed extra hos casus nemini licet
 se ipsum occidere, vel ea facere ex
 quibus mors certo aut probabili-
 ter sequi solet, secus tamen si ad-
 esset probabilitas contraria quo-
 modo excusantur funambuli à
 peccato mortali, quia cum sint in

illa arte egregie exercitati, probabile est mortē inde nō secuturam. Innocentem nunquam licet occidere, nisi iuridicē iniustus fuerit probatus. nocentē vero etsi liceat occidere, non licet tamen nisi vel auctoritatē publicā, nisi fortē nocens ille esset tyrānus sine vero titulo, & inde affutgeret spes libertatis, nec respublica eo posset alio modo liberari. Secus vero de Tyranno qui habet iustum titulum, nam hunc nō licet sine auctoritate publica perimere, ex conc. Cōstant. Sess. 15. ac præterea nisi iusta ex causa, nā graue est peccatū, ex leui, hominē morti condēnare, ac denique nisi seruato ordine iuris, quo spectat vt nullus vnquā propter crimen occultum, vel mortū adiudicetur, vel torturæ subiiciatur, ac nisi accusetur & citetur, nisi fortē in flagranti delicto esset deprehensus. In necessitate tamen licet etiam occidere privata

authoritate, nempe ad res tuas defendendas, aut vitam propriam vel amicorum tuorum, nisi persona inuadens esset multum necessaria Reipublicæ, quo in casu qui inuaditur, debet potius pati se occidi: sicut & vice versa, si ipse esset valde necessarius Reip. inuadens non item, teneretur hunc potius occidere quàm mortem ab illo pati. Sed si neuter esset ita necessarius, posset, vel occidere, vel mortem excipere. Ac demum et si nobili laico liceat occidere ad honorem suum defendendū, vel potius ad auertendam notam vel infamiam quàm alioquin subiret, (neque enim post contractam iniuriam, liberum est illi occidere, quia iam hoc esset seipsum vindicare authoritate priuata, quod non licet) id tamen aliis non licet. Duellum item prohibetur nisi fiat vel ad pacandos duos exercitus contrarios, vt quando pu-

gna ad duos reducitur, vel cum
 quis vitæ periculo aggredi duel-
 lum cogitur, vt si alioquin ab a-
 lio esset occidendus, alias duellum
 aggredi est peccatum maxime im-
 pietatis, & à summis Pontificibus
 vetitum, atque damnatum, vt su-
 pra lib. 1. cap. 41. pluribus est de-
 monstratum, & vide Conc. Trid.
 Sess. 25. cap. 19.

De homicidio casuali. Cap. 7.

Potest quis præter intentionē
 alium occidere aliquid agen-
 do, vel etiam aliquid omittē-
 do, qua in re hæ regulæ seruandæ
 sunt. * Prima. Qui in actu licito
 præter intentionē occidit: peccat
 magis vel minus, iuxta maiorem
 aut minorem negligentiam qua uti-
 tur in præcauendo tali effectu:
 vnde si adhibet omnē moraliter
 quæ in ea re adhiberi potest & so-

let, pro ratione rei, loci, & aliarum
 circumstantiarum, non peccat.
 si autem non adhibet peccat pro
 ratione negligentia. * Secunda.
 qui in actu illicito alium præter
 intentionem occidit, peccat, etiam
 post diligentiam adhibitam, pec-
 catum tamen illud tantum solum est
 quantum fuit actus ille illicitus.
 * Tertia. Qui aliquid prætermittit
 quod ex Iustitia tenebatur facere,
 si ex eo sequatur mors aliquorum,
 peccat pro ratione omissionis,
 ita ut tantum sit peccatum quod ad-
 mittit, quanta fuit ommissio: &
 sic peccant Principes cum latro-
 nes non comprehendunt. Aduo-
 cati qui innocentis iustam cau-
 sam non defendunt. Medici qui
 ex ignorantia, vel pigrizia, infir-
 mos perire sinunt: parentes, qui
 pueris arma permittunt, quibus
 occidunt: & qui in extrema ne-
 cessitate non succurrunt, vel qui
 uis falso accusatum, suo testime-

nio n
 alicui p
 nifesta
 cati sun

De c

S Ep
 qu
 mi
 mere o
 constan
 iustos:
 fratres,
 sos, & c
 ultra pe
 catione
 1. cap.
 Patriar
 piscopo
 Episco
 liter pe
 munic

nio non defendum, aut insidias alicui paratas ad mortem nõ manifestant, & hi omnes eiusdẽ peccati sunt rei.

De circumstantiis homicidij.

Cap. 8.

Septẽ sunt personarũ genera, quas in confessione circa homicidij circumstantias exprimere oportet. * Primo notabiliter consanguinitate, vel affinitate cõiunctos: vt si quis occidat parentes, fratres, filios, &c. Secũdo. Religiosos, & clericos: & hos occidentes, ultra peccatũ mortale excõmunicationẽ ma. incurrũt, vt supra lib. 1. cap. 31. Tertio. Magnos Prælatos, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos. * Quarto. Cardinales nõ Episcopos, omnes enim hos hostiliter persequi sub mortali, & excõmunicatione Cœnæ Domini est

vetitum, nisi percutiens sit infra
14. annum, vel sit senex, infir-
mus, pauper, aut sine graui in-
commodo non possit ire Romam
quia tunc reseruat^r tantum Epif-
copo. * Quinto, Notarios, Procu-
ratores, Aduocatos, Auditores, &
Iudices, qui negotiorum causa ve-
niunt Romam, aut ibi morantur.
* Sexto. Venientes ad sedem Apo-
stolicam, aut inde recedentes.
* Septimo. Illos ex quorū percut-
sione, vel occisione, alii in re tem-
porali damnum patiuntur, qui-
bus necessario facienda est resti-
tutio. Est alia loci, circumstantia
maximè necessaria, vt in confessio-
ne exprimat^r, vt si fiat occisio in
Ecclesia, vel iniuriola sanguinis
effusio ibidem facta fuerit ab ho-
mine sanæ mentis, quo euentu
Ecclesia polluitur, sicut & per vo-
luntariam pollutionem, etiam il-
lam quæ est ex matrimonio, mo-
do publica sit vel nota multis, &

cum in Ecclesia sepelitur excommunicatus aliquis, vel infidelis, quo euentu radi debent parietes Ecclesiæ, vel cum consecratur ab Episcopo excommunicato. Celebrare autem in Ecclesia polluta, est peccatū mortale, nulla tamen incurritur inde censura, aut irregularitas, & si ea erat consecrata debet reconciliari ab Episcopo cum aqua ab Episcopo benedicta, sin verò esset tantum benedicta & non consecrata, potest à simplici Sacerdote reconciliari, sed simiiter debet aqua esse ab Episcopo benedicta. Demum in confessione est explicandum, si quis per aliu n, vel per se alterum occidit, & quanto tempore ea in voluntate, contra proximi charitatem perseverauerit.

De intellectu præcepti non occidendi. Cap, 9.

Quatuor præcipue hoc præcepto prohibetur. Primo: Nocendum quodlibet corporale, vt occidere, mutilare, verberare, percutere, &c.* Secundo. Omnes præparaciones ad prædicta facienda, vt gladium ad occisionem porrigere, inimicum obseruare: & alios ad ei nocendum hortari.* Tertio. Contumelia, quæ est inhonoratio deliberata per verba malum culpæ exprimentia, vt fur, mendax, falsarie, & conuicia, quæ ad malum pœnæ spectant, vt insensate, cæce, illegitime, quæ quando fiunt deliberatè & animo inhonorandi, & iniuria est grauis nec est inter personas leues ac nullius ferè momenti, semper continent peccatum mortale: secus tamen si fiant gratia correctionis, quomodo interdù Dominus seruum suum, stultum appellat, ac præterea cum debito modo nec enim licet cuiunque superiori

iacere conuicia in inferiore perinde ac in seruum. * Quatto. In teriores motus animi deliberati vt mortem velle alicui. Denique eodem præcepto prohibentur quæcunque his duobus carminibus continentur.

Iussio, consilium, consensus,
palpo, recursus.

Participans, mutus, non ob-
stans, non manifestans.

DE SEXTO Præcepto.

Non Mœchaberis. Cap. 10.

MOEchari, & fornicari
apud Theologos, &
Iuristas pro quolibet
actu illicito venereo

vsurpari solent. Fornicatio autem est *humanus concubitus illicitus, cuius septem sunt species: simplex fornicatio, stuprum, adulterium, incestus, raptus, sacrilegium, & peccatum contra naturam. Simplex fornicatio proprie est concubitus soluti cum soluta, & quæ iam amisit virginitatem, est peccatum mortale, quia est contra præceptum naturale, & diuinum: excusatur tamen in duobus casibus, in amantibus, & ebriis, ut in Loth. Gen. cap. 19. vel cum patiens ad actum cogitur, ut femina. Ad hoc peccatum reducitur concubitus soluti cum soluta, & est eo periculosius peccatum, quod cum perseverantia peccatur, seu continuo proposito saltè virtuali, peccandi: quare tales non sunt absolventi, etiam in articulo mortis, nisi concubinas expellant, aut certè eius firmum propositum habeant: & post trinam admonitionem, si non resipiscant, sunt ex

communicandi. Concil. Trid. Sess.
24. cap. 8.

De Stupro, & Adulterio.

Cap. II.

S Tuprum est virginis fœminæ
defforatio, & est grauius pec-
catum simplici fornicatione.
Obligat ad restitutionem, cum vir
coegit virginem, vel importunis
precibus induxit in peccatum, aut
falsis deceptis verbis, & tunc tene-
tur illam ducere, si promisit, &
sit æqualis conditionis, alias tene-
tur dotare, sicut & si sit conjuga-
tus, vel clericus. Quando autem
virgo decepta non est, sed sponte
consensit, nulla restitutio illi fa-
cienda est, ex iustitia. ex charita-
te tamen expedit illi aliquid da-
re. Adulterium est illicitus cum
coniugata concubitus, & est gra-
uius peccatum stupro, quia ex eo

maius sequitur legitimorum filiorum
damnum. Adultera habens
adulterii filios, si habeat bona
propria, quibus possit damnum
legitimis cōpensare ad id tenetur,
tenetur etiam reuelare, si speret se
aliquid profuturā ad damnum fi-
liorum legitimorum vitandum, &
nullum subsit periculus iacturæ
fame, aut vitæ, sin secus non tene-
tur, vt Caiet. cum Scoto, & Com-
muni affirmat, sed Adrianus, &
Sotus dicunt, quod si solam infamiam
timet, debet reuelare, præ-
cipue cum hereditas est magna,
v. g. regnum, vel imperiū. Adulter
ad eandē restitutionē tenetur, sed
nō ad reuelandum. Maritus tamē
& adulterii filius nō tenentur cre-
dere matri adulteræ, prodenti suū
crimen, sed si hoc filius credat, re-
stituere debet, & hæreditatem re-
linquere. Adulter perdit ius petendi
debitum, sed rogatus reddere po-
test: Adultera potest petere, sed vi-

non tenetur ei reddere ex iustitia.

De Incestu, Raptu, & Sacrilegio. Cap. 12.

Incestus est copula cum consanguinea, vel affine intra quartum gradum, & est peccatum præcedentibus grauius, & quo est maior coniunctio, eo est noxa grauior. Impedit matrimonium contrahendū sub pœna peccati mortalis sine dispensatione Episcopi si sit cum affine, hoc est cū consanguineo vxoris vel eius cum qua fornicatus est. sed cōtractum non dirimit, quod tamē impedimentum probabilius est non contrahi ex incestu cum sua consanguinea: quibus accedit quod incestuosus cum consanguinea vxoris non possit petere debitum ante dispensationem ab Episcopo, possit tamen reddere. Raptus

quantum ad luxuriæ actum non distinguitur ab aliis, sed addit rapinam rapinæ, quod est peccatum grauissimum, & raptor tenetur restituere raptam. Raptores habentur infames, & excommunicantur à Concil. Trid. Sess. 24. cap. 6. sicut & omnes auxilium, consilium, aut fauorem, ad hoc præstantes, deinde qui rapit alteram sponsam non potest matrimonium contrahere sine peccato, si tamen contrahat, matrimonium est validum. Sacrilegiū est concubitus cum persona Deo dicata, per votū castitatis, vel inter cōiugatos si in loco sacro fiat, citra finem vitandi peccatum incontinentiæ.

De peccato contra naturam, & aliis ueneris actibus. Cap.

13. & 14.

Huius

Huius peccati species sunt quatuor. Mollities, Inordinatus concubitus viri & vxoris, Sodomia, & Bestialitas. Mollities est voluntaria feminis emissio absque copula, quæ dici solet voluntaria pollutio, & est triplex. Quædam in somnis, quædam invigilia absque consensu, quædam in vigilia cum consensu. Prima quæ in somnis fit, vel dum homo ex somno iam incipit vigilare, si non habet se cohibendi plenam potestatem, non est mortale, si causa mortalis non præcessit, qualis esset si ante somnū desiderasset habere pollutionem delectationis causa: nam si desideret tantū ob sanitatē: vel ad vitandas tentationes, non est peccatum, modo tale desiderium huiusmodi non sit ut reuera sit inductiuū pollutionis, quale esset si esset valde intensum ac practicum potius quā speculatiuū, pollutio vero peruigil quæ sine hominis con-

R

sensu accidit, remota causa, & delectatione, à mortali est etiam immunis, sed non ita pollutio voluntaria, seu cuius quis causam dat voluntariè, & cum pleno consensu, siue immediate se polluen-do, siue remotè, vt si vescatur rebus calidis, - vel certo aliquo situ decubat vt sequatur pollutio, vel non absteineat à rebus, ex quibus scit solere sibi euenire, quando res illè huiusmodi sunt, vt ab illis propter talem causam teneatur abstinere: non tenetur autem abstinere quando res illæ non sunt ex se malæ, vel si ab illis abstineret inde reciperet aliquod nocuum-mentum, vel non consequeretur aliquod bonum, eademque est ratio quando homo consentit in pollutionem iam factam propter delectationem si libere consentiat, nã etiam tum peccat, quando autem quis se polluit, si simul desiderio & imaginatione adhaereat

alicui personæ, simul admittit aliud peccatum eiusdem generis, quod illud esset si vere frueretur tali persona. Ita vero pollutio hæc est peccatum ut nunquam possit licite fieri, unde grauissime peccant medici carnalem copulam vel simplicem pollutionem consulentes, & eis obediens a mortali non excusantur. Inordinatus concubitus est, cum femina in copula desuper, aut vir retro (vase tamen naturali non mutato) delectationis gratia accedit, quod est veniale, & si causa debilitatis fiat, vel alterius legitimi impedimenti, nullum erit peccatum, dummodo absit periculum effusionis seminis. Sodomia est peccatum maximū, sed omnium pessimum est Bestialitas. * Hoc eodem præcepto prohibentur desideria rei veneræ, tactus, oscula, amplexus cū lasciuia, seu ob carnalem delectationem,

licet copula non intendatur: delectatio morosa etiam si ex actu qui aliàs licuit consurgat, ut puta ex copula coniugali post actum, quia talis delectatio non est licita, nisi in actu ipso coniugali. Delectatio verò carnalis quæ præcise solum consurgit ex visione formosæ mulieris, vel auditione rerum obscenarum solum est peccatum veniale quandiu abest consensus & delectatio in rem ipsam significatam per verba.



DE SEPTIMO
Præcepto.

Nou furtum facies. Cap.
15. & 16.

Furtum est * ablatio iniusta
rei alienę inuito Domino. Nō
est sola acceptio, sed ablatio,
ablatio enim acceptionem, deten-
tionem, & damnificationē inclu-
dit. Iniusta, quia si ablatio fiat ioco,
vel necessitate urgente, vel in
bonum eius cui res auferatur, vel in
pœnā, superiore probante, non est
peccatum, vnde nec filii Israel
peccauerunt res Aegyptiorum au-
ferentes, nec si quis quod suum
est, & sibi debetur auferat, quando

commodè illud iuridicè habere non potest, neque n. cõmittit proprie furtum, nec peccatum. Debet tamen prouidere ne inde sequatur vel scandalum, aut nocuumentum aliorum, vel ne is à quo rem suam vel quæ sibi debetur ita aufert, iterum restituat, ac denique ne accipiat aliquid ultra id quod ipsi debetur, quo pertinet vt seruus tantum accipiat id de quo conuenit cum Domino, etiã si alioquin illud esset leuius quam quod meritus est, modo tamen Dominus nõ adhibuerit illum ad aliud seruitium, quam ad ea de quibus inter eos conuenerat: Sin vero nullum fuit pactum merces expendi debet ex pretio quod aliis solet dari ob talem famulatum. Furti duæ sunt species, furtum specialiter dictum, & rapina. vtrumque mortale, nisi paruitas materiæ excuset. Notabilis autem quantitas quæ respectu cuiuscun-

que si ei surripiatur, satis est ad peccatum mortale, sunt quatuor lullii, interdum tamen quarta pars vnus satis esset ad peccatum lethale, vt si auferretur à valde paupere. Deinde peccat etiã mortaliter, qui licet rem parui pretii furetur, accessit tamen animo furandi rem quamcũque, reperisset, vt & qui licet parum furetur, scit tamen ex eo secuturum graue aliquod damnum, vel Dominũ priuatum iri magno aliquo commodo, ac denique qui tot res licet paruę quantitatis furatur, vt magnam exæquent siue ab vnico, illa furetur, siue à diuersis saltẽ quando furi in animo est illa omnia furta facere.

Quid restitutio, & quis ratione rei male accepta restituere teneatur. Cap. 17.

FURTU ex genere suo ad restitutionem obligat, est autem restitutio*actus iustitiae, quo unicuique redditur, quod ab eo ablatum vel acceptum est. Per ablationem, intelligitur iniusta acceptio, furtum, rapina, vel quodcumque dānum in persona, fama, vita & rebus, & cum quod alterius est. iniuste detinetur. Per verbum, acceptum, intelligitur actio iusta habendi, quod est alterius, ut per mutuum, censum, aliosque iustos contractus. Ad restitutionem novem concurrūt, quae his carminibus continentur.

Quid, quis restituet, cui, quantum, quomodo, quando.

Ordine, quove loco, quae causa excusat iniquum.

Rursus quatuor sunt ex quibus consurgit restitutionis obligatio. Res iniuste accepta: res iuste accepta, mala actio: & iusta actio seu acceptio. Ad haec enim quae

tuor tanquam ad quatuor riuces
cetera reducuntur. Circa primum
datur talis regula. Quicumque
habet rem malè acceptam, siue
bona, siue mala habuerit fide,
ipsam restituere tenetur, sed ali-
ter, & aliter, nam possessor malæ
fidei tenetur rem restituere etiã si
perierit: sed possessor bonæ fidei,
non tenetur si stante bona fide res
ipsa perierit, vel ea quocunque alio
modo priuatus est, aut eam vendi-
dit, postquam tamen scit rem fuis-
se alienam, tenetur seruare illum
indemnè cui eam vendidit, & re-
stituere lucrum quod in eo fecit.
Rursus possessor malæ fidei non
modo rem, sed etiam damnum e-
mergens, & lucrum cessans ex mo-
ra restitutionis restituere teue-
tur. Possessor verò bonæ fidei ea
tantum in quibus factus est diti-
or, & præterea potest vsucapere, &
rem ipsam præscribere, ita vt si
post tempus secundum leges requi-

fitum tam ad vsucapionem, quam prescriptionem deprehendit rem non esse suam, non obligetur ad vllam restitutionem, sed possit ipsam retinere. In hoc vero conueniunt tam bonæ quam malæ fidei possessores, quod rem alienam si eam à fure vel alio emerint, possunt eidem restituere & ab eo recipere pretium, vel certe domino, quidquid dicat Nauarrus.

Quis restituere teneatur ratione rei bene acceptæ. Cap. 18.

Res bene accepta, prout ad rem pertinet, quatuor modis haberi potest, commo-
datione, locatione, pignore, & deposito: & qui his modis habet, tempore statuto impleto, reddere tenetur. Si verò res talis perierit, quatuor in casibus restituere tenetur. Primò Quando ex malitia, vel negligentia morali ipsius haben-

tis, res ipsa perit, vel sublata est, quia eam ad alios vsus conuertat, vt cum quis equum locauit pro Mediolano, & Venetias ille proficiscitur, quo in itinere à latronibus expoliatur. * Tertio. Cū est in mora reddendi alienum & in tali mora res perit. * Quarto. Quando conueniunt dans & accipiens, quod res pereat in damnum recipientis, tunc enim si recipiens amittat, restituere tenetur. Ad hanc regulam rei bene acceptæ, reducit obligatio restituendi inuenta, quæ si dominum non habent vt quæ in maris littore reperiuntur seu in loco in quo solent generari, sunt inuentoris: si habent, vt quæ in viis, & domibus reperiuntur, domino reddenda sunt, quo non comparente, post sufficientē diligentiam pauperibus ex communi sententia D. D. vnde si inuentor pauper sit, potest ea sibi retinere, nec si postea compareat

dominus, tenetur ad ullam restitutionem si res consumpta sit vel præscripta. Theauri vero antiqui, si in proprio fundo inueniantur: sunt inuentoris, si in alieno & domini voluntate, dimidiã sibi partem retinebit, alteram domino restituet, si vero nescio domino, totum perdit. Qui vero agrum emit, quia nouit in eo Theaurum latere, iustè emit, & thesaurum fodiens, poterit sibi illum applicare. S. Th. 1. 2. 66. 5. seruandę tamen sunt in hac re principum leges, in quorum territorio Theauri inueniuntur.

De tertia radice, quę dicitur mala actio. Cap. 19 & 20.

Mala actio, aut est contra charitatem, & sic nulla est ab illa restitutionis obligatio, aut contra iustitiam, & sic restitutio est in præcepto, vnde qui

Eleemosynam in necessitate non dedit, peccavit quidem, sed nō tenetur ad restitutionem, sicut nec meretrices, quę ex meretricio pecuniam recipiunt, nisi contra iustitiā, dolo, vel fraude aliquid extorserint, vel plus acceperint, quā quis posset dare, vt à filio familias. Mala vero actio ad restitutionem obligans est multiplex, prima cum quis iniuste alium impedit à consecutione alicuius boni, quod aliā iuste, & probabiliter erat habiturus: v. c. beneficium, quod deinde non est consecutus, vt si illi crimen imponat, vel occultum aperiat, si tamen probabiliter nō erat illud accepturus, ad nihil tenetur, sicut neque tenetur quicquam restituere nisi pro ratione certitudinis qua illud erat accepturus vnde si erat certo consecutus tenetur totum damnum restituere, si probabiliter tantū, partē. Altera est, qua quis iniuste alium damnifi-

cat in bonis animæ corporis, vel fortunæ: vt comburens vineas, vel domos alienas, & quidem qui nocet in anima, vt si quis fraude vel dolo alium falsum docuerit, vel religioso vt egrederetur persuaserit, debet fraudem & dolum remouere, ad nullam tamen aliam restitutionem obligatur, nisi forte monasterio, si ille fuisset illi multum utilis. Qui vero in corpore, vt qui alium occidit aut mutilat debet omnia damna inde deriuata, in vxorem, filios dominum, & expensas in medicos soluere. Qui denique in rebus fortunæ, debet illas restituere, & damna omnia ac lucra cessantia, siue tale nocumentum per se inferat, siue per suos. Tertia, cum quis aliquid retinet inuito domino, vt fures, & vsurarii, de quibus infra: Hic autem satis sit dicere de cadētibus ligna in alienis siluis: de iis qui feras venantur, aucupantur a

ues, & pisces expiscantur. Hæc enim si aliena sint, vel principum, vel particularium dominorum, accipientes peccant mortaliter & ad restitutionem tenentur, quod tamen intelligo de feris ac piscibus quæ capiuntur in locis clausis ac aquis permanentibus, nam quando aquæ transeunt nulla est obligatio ad restitutionem. Si autem flumina, vel silvæ sunt communis, non peccant, & non tenentur ad restitutionem, nisi magnam stragem edidisset, sed si contra legem comprehendantur & condemnentur, debent solvere pœnam. Cum vero feræ, & aves vagantur, & domini non solvant damnum, quod aliis inferunt, possunt extra dominorum loca capi & occidi sine peccato: uti & silvestria animalia, secus verò de aibus & feris partim domesticis, partim silvestribus quæ habent certum domi-

cilium nam illas capere in locis
vbi nidificant, vel intra spatium
permissum, peccatum est obligans
ad restitutionem, quod tamen in-
tellige quando aluntur à suis do-
minis, nam quando non aluntur,
& propterea terras deuantant, nec
ille tali damno satisfacit. licite
possunt capi.

*De Quarta Radice restitutio-
nis. Cap. 21.*

Vltima restitutionis radix
iustæ actionis vocatur, qua
quis mutuo, vel alio licito
contractu acceptum, restituere tene-
tur. Quæ quidem obligatio non
trāsit nisi ad hæredes, & fideiusso-
res ipsius, cum tamen obligatio re-
stituendi ratione iniustæ actionis
ad octo transeat personarum gene-
ra, quæ in solidum tenentur, scilicet
ad eum, qui damnum iussit, qui
quod suo nomine factum est, pro-

bavit,

bauit, secus si tantum factum probauit, quod cum factum est, non fuit factum nomine illius, qui ita consentit, vel consilium aut fauorem dedit, ut fuerit causa actionis totius, secus si non fuerit causa participans, & cooperans, non obstans, cum possit. si tamen ex officio ei non incumbit impedire, peccat quidem, sed non tenetur restituere, sicut nec qui non manifestat. Sed quæritur an quando ratio dandi & accipiendi est iniusta, ut qui pro homicidio iniuste perpetrando, vel sententia iniuste ferenda accipit aliquid, debeat restituere: & respondetur debere, non quidem domino, quia iustum perdidit male dando, sed pauperibus, secundum Caietanum. Vel dicendum, eum non teneri ad restitutionem ante iudicis condemnationem, uti S. Ant. & Nam. affirmant, sed posse pro se retinere, & hoc probabilius inquit Toletus.

Quid, & cui restituendum.
 Cap. 22. & 23.

Res, quæ iusto titulo habetur, ut mutuo, vel locacione, eadem est restituenda, & si eius qui illam habet culpa deterior vel deperdita fuerit, valorem reddet equalem, secus vero si sine culpa, & illam bona fide possidebat. Qui vero rem alterius male acceptam habet, ultra ipsam rem, fructus rei receptos, & quos fecisset in potestate domini ac præterea omnium dâna emergentia, & lucra cessantia reddet, non tamen eos fructus quos ipse industria sua per illum usum acquisiuit, quod potiori iure habet locum quando res bona fide habebatur, ut in deposito: unde maxime satis erit tunc reddere illam in quo forte ea res deterior facta fuisset, ut si quis vas quod habet in

pignore, aliis locet. Vero domino
facienda est restitutio quando res
ab eo fuit accepta: si autem ab habente
illam in deposito, vel locatione,
ipsi, aut vero domino, si à latrone,
domino potius, vel latroni cum
cautione, ut domino scilicet resti-
tuat. Quando vero dominus lon-
ge abest, & rem ipse iuste habet,
poterit eam conseruare, aut ipsius
domini expensis mittere, sin autem
iniuste habet, expensis propriis,
nisi omnino mitti non possit, &
tunc poterit expectari, sed si nul-
la suspes mittendi, habenda erit
tanquam debitum incertum, vel
potius erit restituenda si possit hæ-
redibus, quod etiam fieri debet
quando dominus mortuus est,
quod si illi desint post diligentem
inquisitionem pauperibus vel ec-
clesiis. Næc est necessarium, quod
eorum inuentorum restitutio per
Episcopos fiat, nam, & qui habet,
vel inuenit, si pauper est, partem:

vel totum suis necessitatibus subleuandis, poterit retinere, & nomine hæredum hic intelliguntur non modo necessarii, vt filii & patres, sed etiam ii quibus non obuenit hæreditas nisi ex legato vt fratres, cognati, quamuis restitutio quæ fieri debet ratione iniuriæ vel homicidii, fieri tantum debeat hæredibus necessariis inquit Sorus.

Quantum, quomodo, & quædo sit restituendum. Cap. 24.

Quando damnum illatū est circa ea, quæ ad perfectū valorē nō adhuc peruenerūt, vt seminata destructa, vel animalia in tenera ætate occisa, tantum restituendum est, quantum pretium in perfectione eorum futurum sperabatur, deductis expensis & periculis computatis, quæ usque ad rei perfectionem intererant, quia tamen ordinarie dominus rei nollet videri talia pericu-

la, ideo, quando damnū datum est
ex malitia plus restituendum est
quā periculū valet, secus verò quā-
do casu datū est. * Quomodo per
se videlicet, aut per alium, cui fides
adhiberi possit, qui tamen si non
restituatur sed aufugiat in commo-
dato & pignore, res perit domino,
in mutuo vero & quando res de-
betur ratione acceptionis, perit
accipienti, deinde qui in solidum
restituere tenetur nō satisfacit vel
partem reddendo. * Quādo ratio-
ne rei malè acceptæ, vel malæ ac-
tionis, restitutio faciendā est sta-
tim, quādo vero ratione iustæ ac-
ceptionis, debet fieri statuto tem-
pore, unde qui non restituit quan-
do potest, & tenetur, mortaliter
peccat, & toties peccat de nouo,
quoties se se offert occasio com-
modè restituendi, & non vult re-
stituere si tamen ipse aduertat:
præerea qui bona dubia de qui-
bus certi non sunt, an sint propria

vsque ad testamentum differunt, dilucidare, nullus tamen res restituere tenetur cum periculo famæ vel notabili propriæ rei ultra debitum, nisi quando creditor ex dilatione solutionis simile detrimentum pateretur, sed neque etiam cū periculo propriæ vitæ, licet creditor esset in eodem periculo (nisi is esset persona Reipub. multum necessaria) nimirum quia talis necessitas inducit dominium rei, secus vero de infamia, vnde si alteruter deberet incurrere infamiam, debitor teneretur ad eam subeundam. In necessitate, iusto vel iniusto titulo aliquid accipiens, cum ad pinguiorem fortunam venerit, restituere tenetur.

Quo ordine, & loco restituendum, sit. Cap. 25.

Quando debitor potest omnia debita soluere, nō est neces-

sarius restitutionis ordo, secus vero, primo; quæ habet apud se ratione rei acceptæ, domino restituere debet, & eo deficiente, pauperibus, inter ea autem quæ debet ratione acceptionis, prius certa ceu quorum domini cognoscuntur quam incerta: & inter illa prius debita licite contracta, quam vsuras. In aliis iura particularia communitatis, vel communia statuta prouinciæ, vel regionis obseruanda sunt, vt primo debita, ad quæ bona debitorum fuerunt obligata. *Secundo, coniugum dotes. *Tertio, quæ fisco, debentur. *Quarto debita ad quæ bona creditorum sunt tacite Hypothecata. *Quinto, depofita perditâ in potestate debitorû. *Sexto ea quæ debentur priuilegiatis seu qui habent priuilegium vt illis soluatur priusquam aliis. Septimo, quæ debentur aliis credi oribus, *Octauo, vsuræ, Vl imo, bona in-

certa. Eo loco facienda est restitutio ratione rei acceptæ, vbi res reperitur, ratione iniustæ actionis, vbi dominus voluerit, seruando illum indemnem, ratione iustæ acceptionis, vbi ex pacto conuenerunt, quod si expressè non conuenerunt vbi coram iudice deputato conueniri potest debitor.

Que cause excusant à restitutione. Cap. 26. & 27.

Septē sunt causæ à restitutione excusantes. * Prima, Spōtanea veri creditoris remissio, vel condonatio. * Secunda, Recompensatio æquiualens in alia re pecunia æstimabili. * Tertia, Cessio bonorum quæ si non sufficiant, & debitor postea redeat in pinguiorem fortunam, debet quod reliquum est restituere. * Quarta, Usucapio, & Præscriptio est autem Usucapio * acquisitio domini rerū

mobiliū per continuatā possessionē temporis à lege definiti, quod est triennium, Præscriptionis autē decennium inter commorantes in eadem vrbe, inter alios vero, aliquando viginti, aliquando triginta anni, ad vtramque autem vt legitime fiat requiritur * primo continuata possessio per totum illud tempus, * Secundo bona fides, id est vt possideat tanquam suam toto illo tempore, * Tertio legitimus titulus dominium in perpetuū transferens. * Quarto vt sint res quæ vsucapi aut præscribi possunt, quales non sunt res furto sublata, vi possessæ, religiosæ, seruus fugitiuus, homo liber. * Quinta, Ignorantia iuris, & facti, dūmodo non sit crassa, & culpabilis. * Sexta, necessitas quæ multiplex est, vitæ, famæ, libertatis, & rei, nullus enim tenetur alteri restituere rem suam cum iactura aliquorū existis, nisi fortè ea esset maximi cuiusdā no-

menti, vt volunt quidam: debet tamen debitor vt rem alienā restituat si mala fide eam habebat, vel consumsit, descendere ad quamcunque necessitatem, citra extremam, seus tamen quando bona fide, sed tunc saltem debet statum mutare, parciores sumptus faciendo, potest tamen aliquid retinere quo possit mediocriter vitam tolerare. *Septima. Cum quis via aliqua dominium transferente, rem alterius habuit, vt puta ludo à vero domino, sine vi, & fraude: & ita vt vnus alium non notabiliter superaret in scientia ludendi, præterea per sortē & sponsonē, modo absit fraus quæ interueniret si res esset vni certa, & fingeret dubiam. Quando excommunicatio fertur contra illum qui restituere debet, si non habet unde soluat rē ipsam, nō excommunicatur, & si lata sit in generali, nō tenetur corā iudice comparere, si nominatim, tunc tenetur

ub ead
qui se
recupe
comm
tra ill
quasi
pro te
manif
apud
rare d

De

V

qua c
necef
rum
sit lu
tra so
quod
stium
cuni

ub eadem pœna. Sed nec pariter, qui secreto rapuit sua, quia aliter recuperare nō poterat, incurrit. Ex communicationē quæ fertur contra illū qui talem rem rapuit, nec quando fur est occultus tenetur se protere, nec illi qui sciunt tenetur manifestare, si tale furtum etiam apud alios sit occultum, sed fur curare debet vt res restituatur.

De Usura quid sit. Cap. 28.

VSura est* lucrū rei pecunia æstimabilis, ratione mutui principaliter proueniēs. Ex qua descriptione quinque ad usurā necessaria colliguntur. Primū, Verum mutuum. * Secundum, Quod sit lucrum aliquod mutuantis ultra sortem, ita vt aliquid acquirat quod antea illius non erat. * Tertium: Quod tale lucrum sit rei pecunia æstimabilis, quale non est

amicitia. * Quartum, Quod sit ratione mutui, non damni emergentis, vel lucri cessantis. * Quintum, Quod sit principaliter ob mutuum, nam si sponte, vel gratitudinis gratia aliquid mutuanti datur, non erit usura, quæ semper est peccatum mortale.

Quotuplex usura, & de mentali. Cap. 29.

TRiplex Usura, Mentalis, Exterior implicita, & Exterior explicita. Usura mentalis est, cum qui hac intentione mutuat, ut ex mutuo aliquod lucrum ultra fortem accipiat, sed talem intentionem non manifestat exterius. Usura implicita exterior est, cum quis paciscitur de lucro, sed non explicitè. Exterior explicita est, quando pactum fuit expressum. In mentali tria sunt necessaria, primum, intentio aliquid accipien-

di vltra sortem ex mutuo: quoniam
Dominus prohibuit Luc. c. i. Mu-
tuum date nihil inde sperantes.
Spes enim ibi pro intentione sumi-
tur, nec sola spes, aut desiderium
accipiendi lucrum, satis sunt ad
vsuram, sed requiritur intentio
id est, vt eo animo mutuet vt lu-
crum capiat ex mutuo. * Secundo
requiritur, quod talis intentio sit
acquirendi lucrum ob mutuum,
non mutuandi propter amicitiam,
* Tertio, quod tale lucrū sit prin-
cipaliter propter mutuum, non
ob gratitudinem. Usura autem
hæc mentalis potest tripliciter com-
mitti: ex parte dantis & recipien-
tis lucrum, ex parte recipientis tã-
tum, & ex parte dantis & non re-
cipientis: Primo & secundo modo
peccat recipiens, & tenetur ad re-
stitutionem: tertio modo nõ pec-
cat, sed cum primum constabit
de mente dantis, reddere debet id
totum, quo ditior factus est.

De Usura exteriori explicita.
Cap. 30.

AD Usuram exteriorem explicitam duo sunt necessaria, alterum ut mutuū intercedat. In quo aliquid ultra sortem accipiatur, cuius defectu quidam pecunias aureas ad medicinam, vel pro argenteis, & petit aliquod moderatum lucrū, non committit usuram, quia id nō est mutuū; sed locatio, aut venditio, alterum: quod sit pactum aliquod apertum aliquid recipiendi ultra sortem propter mutuū: & ex his multi solvuntur casus: nam aliquid mutuans agricolis cum pacto ut teneantur terras suas colere, aut emptori, ut merces ex officina sua emat, vel negotiatori, ut pecunias mutuet, aut capitali indemnifatuato det aliquā lucri partem, vel

accipit à principibus in pignus terras, & loca eorum fructificantia, totum mutuum sine periculo cōseruando: vel denique qui dat vno tempore triticū vt alio quādo plus valet, tantūdem accipiat, vsuram cōmittit: quorū omniū ratio est; quia accipitur aliquid pecunia æstimabile ob mutuū vltra fortem: potest tamen quilibet fundū quē in feudū alteri dedit, in pignus mutui ab illo accipere, & gener rem quamuis frugiferam in pignus dotis à focero; & vterque: fructus earū rerum recipere capitali saluo. Ita. n. iura permittunt sine vsuræ culpa quia leges, & Pontifices hos duos casus ab vsura faciūt imunes

De Vsura exteriori implicita.

Cap. 31.

Solet vsura variis modis palliari: & mutuū in ea occultari. Pri. ratione vēditionis: vt cū

fingitur vendi quod non est: e
 xempli causa, ille fingit dare agri
 colæ quiuquaginta aureos pro bo
 bus, quos non habet, deinde fin
 git se locare boues pro quadragin
 ta: ista est vera vsura, vel cum quis
 vendit rem plus summo pretio
 propter expectatam solutionem,
 vel vilius emit iusto seu infimo
 pretio, propter anticipatam. Ali
 quando occultatur etiam ratione
 solutionis, vt cum quis dat alicui
 centum aureos post annum red
 dendos, & quia statim reddit, dat
 octoginta, petens sibi reliqua vi
 ginti condonari, hæc enim vsura
 est, si ratione temporis fiat, secus
 si ratione periculi, vel absentia il
 lius pecuniæ quæ ratione periculi
 minus valet quam præsens, ali
 quando etiam occultatur sub titu
 lo emptionis & venditionis, vt
 cū mercatores expectata solutione
 vendunt aliquid summo pretio
 & statim illud redimunt præsent

pecunia

pecunia, infimo pretio. Denique mutuum occultatur sub titulo societatis, ut cum quis dat negotiatori pecuniam hac lege, ut det lucri partem, & pecuniam integræ maneat ipsi soluendæ, sic ut ipse periculum subire nolit, ut & illi faciunt, qui dant campfori pecunias, lucrum sine capitalis periculo petentes: in eo enim semper usura reperitur, quia mutuum cum lucro interuenit.

De causis propter quas lucrum in mutuo exigere potest. Cap.

32. 33. & 34.

Quatuor potissimum de causis lucrum aliquod ex mutuo exigere potest. * Primo. In penam solutionis, si mutuarius statuto tempore non soluat, quod tamen ut fiat licite, præter rectam intentionem quæ debet interuenire ex parte mutuantis, quali

T

est vt suum recipiat simpliciter, non vero vt lucrum reportet, non debet illi esse compertum vel probabile, mutuatarium non futurum soluendo tempore statuto, & praeterea, si nulla culpa mutuatarii fuerit vt non soluat, nihil debet exigere, sicut nec totam poenam exigere si partem aliquam soluit, sed proportionata, nisi vbi debitum totum fuisset simul soluendum & non partem, idque ex pacto. "Secundo, Ratione damni emergentis, si damnum sit aut praesens ac certum, aut probabiliter timeatur, sed cum probabiliter tamen timeatur non licet de illo toto pacisci, sed tantum de parte: si vero nullum sit pactum tunc tantum licet aliquid ratione damni accipere, quando vel quis dolo ac fraude inductus est ad mutuandum, vel damna illa iam antea formidata, mutuatario fuerunt declarata, quo utroque casu tenetur qui mutuum acci-

pit, damna sarcire. * Tertio. Ra-
 tione lucri cessantis ex mutuo: Ve-
 re autem dicitur cessas, quando he-
 tes condiciones concurrunt. Prima
 ut pecunia, quæ mutuo datur, sit
 negotiationi exposita. * Secunda,
 ut qui mutuatur, non habeat aliã pe-
 cuniã extra negotiationem, ex qua
 mutuare possit. * Tertia, ut lucrum
 sit probabile. Siue autem quis ro-
 gatus, siue sponte & ex charitate
 pecuniã suã ita mutuet (quidquid
 magni doctores in contrariũ sen-
 serint) parũ refert ad lucrum perci-
 piendum: quod lucrum ut iustum
 sit cum debeant deduci expensæ,
 labor & periculum quæ mutuans
 subire debuisset, vix tertia pars lu-
 cri ab eo ex sua negotiatione spe-
 rati, debet exæquare. * Quarta cum
 quis aliquid mutuatur tempore quo res
 minus valet, illi reddendam alio
 tempore quo forte accidit plus
 valere, si id non prauidit mutu-
 ans, neque hac intentione mu-

tuauit vt plus acciperet, in rebus, non est vsura: & qui mutuum accepit, debet illi restituere in eadem mensura in qua accepit. Non sic autem in nummis, nam si quis alicui mutuaret centum aureos, quando valent decem iulios, & postea princeps valorē augeat vsque ad quatuordecim, non tenetur qui recepit, reddere centum sed pretium æquiualens: quia in pecunia pretium non differt à re ipsa. * Ultima causa est quando mutuum degenerat in sortem, vt do tibi mille, ea lege, vt si alteruter nostrum moriatur ante decē annos, illa sint tua, aut tuorum hereditum, sin vterque viuat, teneantur mihi mille & quingentos soluere: hoc enim totum licitum est, si libere fiat vtrunque.

Quantum debeat usurarius restituere, & ex quibus bonis.

Cap. 35.

Trea dar
fructus
ra per v
quos es
sumpti
fuit: ne
mo à se
Tho. 2.
na om
sunt, &
plus ha
vsuras
alienar
eorecip
stitutio
quantu
fit in er
na hab
restitu
distrab
sunt pe

Tantum debet usurarius restituere, quantum ex mutuo accepit lucri, & præterea damna illata, lucra cessantia, fructus quos recepit ex re fructifera per usuram accepta, sed nõ illos quos ex rebus infrug feris usu consumptilibus sua industria conquisit: nec eos quos ex agro, vel domo à se ex re usuraria eniptis, S. Tho. 2. 2. 78. iam vero usurarii bona omnia, restitutioni obnoxia sunt, & quidẽ, ita vt quandiu non plus habet in bonis quã satis sit ad usuras soluendas, nec ipse res suas alienare possit, nec quisquam ab eo recipere, citra obligationem restitutionis, nisi tantundẽ pederet quantum ab eo ipse acciperet, vt fit in emptione. Si vero plura bona habeat quam necessaria sint ad restitutionem, etsi non possit ea distrahere quę in specie accepta sunt per usuram, vt quę quãdo nõ

sunt usu consumptibilia, maneat
 restitutioni obnoxia in cuiuscunq[ue]
 que tandem potestate inueniatur:
 quod ad alia tamen attinet, quan-
 diu non reddit se impotentem ad
 restituendum, potest ea distrahe-
 re, & quilibet ea sibi ab eo com-
 parare iusto titulo, nec si postea
 usurarius non sit soluendo, teneat
 hic ea restituere, vxor tamen usu-
 rarii & filii illius qui aliunde viue-
 re non possunt, possunt illius bo-
 nis etiam usura partis sustentari:
 eademque est ratio de seruis res il-
 lorum augentibus, secus de aliis.

*Qui obligetur ratione usurae re-
 stituere, & quid cum usurario
 agendum. Cap. 36.*

Non solum hæredes usurarii
 pro rata parte bonorum
 illorum quæ ad illos de-
 uenit tenentur restituere, sed et

iam notarii nisi quando contra-
ctus quos conficiunt essent aperte
vsurarii, quia tunc sunt aperte
inualidi. Præterea vsuras ab vsu-
rariis repetentes, vt Principes, ad-
uocati, procuratores, notarii, te-
stes, proxeneræ, & factores, qui
vsurarios defendunt, aut pacta
conficiunt, aut alio quouis mo-
do cooperantur efficaciter ad dan-
dum ad vsuram, & exigendum.
Iam vero si vsurarius est notorius
& publicus, non est absoluendus,
nec est ei ministrandum Euchari-
sticæ Sacramentum, donec resti-
tuat, vel sufficientem cautio-
nem det, quibus debet: quod si
non possit saltem iuret se non
posse, & cum primum poterit se
restituaturum, secus non debet ab-
soluti, ne quidem si dicat se in te-
stamento reliquisse, vt soluantur
vsuræ, quia testamentum est inua-
lidum, & qui ralem in loco sacro
sepeliret, incideret in excommuni-

cationem Episcopo reſeruatam. Quod ſi vrget mors, debet confeſſarius licentiam petere reuelandi hæc Episcopo, vt ſi poſtea viuat, uſuras ſoluere cogatur, inquit Toletus: ſed ſi morbus repentinus his non det locum, modo uſurarius det ſigna contritionis, poterit abſolui & ſepeliri in loco ſacro. Si autem uſurarius ſit occultus, & proſiſitum habeat reſtituendi, erit abſoluendus pro prima vice, in ſecunda expectanda prius reſtitutio ubi antea nõ reſtituiſſet, quod ſi mors inſtet, etſi melius faceret confeſſarius ſi prius curaret eum reſtituere, ad hoc tamen non tenetur: ſicut neque ad petendam cautionem cum licentia manifeſtandi Episcopo: ſed ſi probabile eſt ipſius hæredes reſtituturos, poteſt, ſi habeat proſiſitum reſtituendi, illum abſoluere.

De accipiente ad Vsuram.

Cap. 37.

INducere aliquem ad vsuram non licet, nisi id fiat in commodum alicuius qui est in extrema necessitate, & cui nō potest alio modo succurri: accipere tamen ad vsuram per se malum non est, nam qui petit, solum mutuū petit, vsuram vero non nisi coactus offert, & præbet. Si autem quis sine vlla necessitate peteret, sed ad luxum, & ostentationem, etsi peccaret, venialiter tamen tantum peccaret, modo id fiat citra graue damnum familiæ. Accipere vero ad vsuram ad negociandum, vt quis inde ditior fiat, an liceat videtur dubium, nam S. Thom. quondam à Florentino de hac re consultus, respondit non licere, sed fortè intellexit S. Doctor de illo, qui abundè aliunde pecuniam habere poterat ad ne-

gotiandum: si quidem alias, & pro se, & pro alio ad usuram petere, & accipere licet, siue ad negotiandum, siue ad quiduis aliud. Permittuntur usuræ, sicut & meretrices, & quidem interdum licite: peccatum tamen est cogere ad usuras soluedas, sicut & eas exercere: est enim contra ius naturæ, & Canonicum: ex quo etiam usurariis vndecim statuuntur pœnæ, vt licet videre apud Syluestrum verbo usura.

De monte Pietatis Cap. 38.

Mons pietatis est quædam pecuniæ summa, aut rerum pecunia æstimabili, quæ in pauperum refugium à Principe, vel Republica recondita peculiari loco habetur, ex quo solet pauperibus gratis mutuari. Huius montis quatuor sunt leges: Prima, vt mutuum, quod datur sit ad bre-

ue tempus, & annū non excedat.
*Secunda, quod mutuum non de-
tur nisi sub pignore, ne pauperes
in soluendo sint negligentes in
montis detrimentum. * Tertia, si
infra tempus determinatum non
redditur mutuum, vendatur pi-
gnus, & detur monti quod illi de-
betur. * Quarta, vt qui mutuo ac-
ceperint, singulis mensibus ali-
quam parvam pecuniæ summam
monti pro ministrorum expensis
soluant. Olim fuit discordia de
huius montis iustitia, sed Leo x.
peculiari Bulla in Conc. Lateran.
Illius iustitiam approbavit; quare
mirum est de Caiet. & Soto, qui
eum impugnant, eum nihil ei lu-
cri accedat ultra id quod habebat:
& si quid accipitur sit pro indem-
nitate, & expensis, & obligatio-
ne mutuandi.

*De aliis montibus, qui sunt in
usu. Cap. 39.*

REperiuntur nonnulli alii montes, qui à principibus fundari solent supra quosdam redditus. ut mons farinae, mons gabellarum vel decimarum, &c. Quorum alii sunt perpetui, ut quando summa accepta non potest reddi ab accipiente, nec redditus perire cum vita dantis, sed ad heredes eius illius transit, qualis est mons si lei Romae à Clem. 7. erectus, in quo septem pro centum perpetuo dantur. Quidam autem sunt temporales, durante vita illius, qui pecuniam posuit, & eo mortuo, pecunia in monte remanet, & talis est mons recuperationis à Pio 4. institutus, in quo duodecim dantur pro centum. Sunt & alii, qui reddunt decem pro centum, & omnes liciti, quia sunt ad modum

census vel temporalis, vel perpetui, debent tamen hæ conditiones ad hoc in illis seruari. * Prima, vt pecunia montis verè supra aliquos redditus reales sit posita. Secunda, Quod solutiones fructuum non excedant mōtis pecuniarū, redditus. * Tertia, Vt summa quam quis singulis annis accipit pro sua pecunia quam in illum montem principio contulit, non sit maior, quam tunc ille mons pro simili summa possit reddere, nisi à principio pactum fuisset, de certa pecunia semper, & quocunque euentu soluenda. * Quarta. Quod pereunte monte omnia pereant, census enim non obligat, nisi dum res fundi supra quam erat census, manet, nisi pereat culpa accipientis ad censum.

* Quinta, Vt in monte temporali plus pensionis detur, quam in perpetuo. * Sexta Quod Principes & Pontifices absque graui necessita-

re huiusmodi montes non erigant
 Sunt & alii montes Romæ, in qui-
 bus non cessat pensio, etiam mor-
 tuo pensionario; potest tamen
 redimi pensio, & isti dant decem
 pro centum. Alii autem redimi
 non possunt. Sunt aliqui, qui hu-
 iusmodi pensiones plaris vendit,
 quam emerint, & licet: quia iidem
 redditus, temporibus, & locis di-
 uersis, minus, & plus emi & vendi
 queunt, sicuti & plus aut minus
 valent.

De Societate officiorum. C. 40.

Societas officiorum, quæ Ro-
 mæ exercetur, fundatur supra
 quedam officia, quorū re-
 ditus à Papa certo pretio vendun-
 tur, & quia vix vnus reperiebatur,
 qui tantam haberet pecuniam, qua
 vnum tale officium posset emere,
 concessum vni est, vt altero, aut

pluribus adhibitis sociis, talia officia emat, quibus pro rata reditus distribuatur. Sunt autem huiusmodi officia temporalia, & mortuo officiali, ad Papam redeunt, nisi officialis quinque diebus ante, officium alteri renunciauerit. Institutiæ verò horum officiorum duas condiciones apposuit Paul. 4. * Prima est, quod tales societates fiant solummodo supra officia Romanæ Curia. * Secunda, quod non admittantur ab officiali socii ultra pretii ipsorum officiorum dimidietatem, hæc tamen condiciones non sunt ex natura rei necessariae, apponi tamē nō debent, quia prohibita, si tamen sunt prohibita: nam Bulla Pauli iam reuocata est per Pium Quartum, qui solum præcipit, ne socii maiores reditus percipiant quam ex officio proueniant. Sed tamen abusus maximus in contrarium viget, exigunt namque multi eti-

am duodecim pro centum, qui ex officio nunquam haberi possunt, præterea tamen requiritur, ut cum officialis cæteris plus laboret, & sua industria sociis quæstû faciat, ut maiorem pecuniæ, vel fructus partem recipiat, quam socii. Hoc tamen auaritia humana adhuc expleta non est, nam doli, & fraudes aliæ multæ in iis committuntur prout ibi Toletus fusius exponit.

De aliis societatibus. Cap. 41

Sunt, & aliæ societatis species
 *Prima cû multi simul operi
 & pecunias suas negotiatio
 ni exponunt, quæ est licita tribus
 conditionibus seruatis. *Prima. Vt
 negotiatio sit licita, & non contra
 iustitiam. * Secunda, Vt se periculo
 amittendi capitale exponant,
 sicut lucrum pariter volunt per
 cipere. * Tertia. Quod lucrum

propor.

proportionaliter diuidatur pro ra-
ta, & proportione pecuniæ expo-
sitæ, laborum, & industriæ. Alia
societas est, cum alter pecuniam,
alter industriam adhibet, aut alter
laborem & pecuniæ partem, alter
verò pecuniam tantum: quæ licitæ
erit, si duo hæc seruentur. * Primò,
Quod uterque sit expositus peri-
culo amittendi suum capitale, id
est ut qui pecuniam exponit: si
forte pereat, damno ipsius pereat,
qui laborē si fortè nihil adueniat
lucris, illi etiam suus labor pereat,
salua alterius pecunia, * Secundo,
quod in lucro diuidendo compu-
tetur quantum valeat labor & in-
dustria ac periculum, & quod la-
bor & industria semper perditur,
dum nihil est lucris, pecunia vero
non ita. In hoc verò contractu,
potest & alius licitè interuenire
nempe affectionationis, ut si vnus
socius dato pretio petat ab alio af-
fectionationem sui capitalis, & lucris.

Quarta societas est circa animalia
 ut cum quis emit animalia, & de
 curanda aliis, reseruata sibi lucra
 parte, & est licita tribus his serua-
 tis: *Primo. Quod portio reserua-
 ta sit iusta: debet enim haberi ratio
 laborum, industriae & expensarum
 illorum, qui ea curant. * Secundo.
 Quod animalia pereuntia, domini
 pereant, non curatoribus. * Tertio.
 Ut cum absq. negotiatorum culpa
 ex animalibus lucrum non per-
 pitur, tunc liberi sint socij à lucro
 domino reddendo.

*De Censibus, quid primo sit cen-
 sus, & quotuplex. Cap.
 42. & 43.*

Census est ius exigendi
 pensionem de re utili alteri.
 Differt census à locacione
 quia qui locat alteri domum, non
 transtert dominium domus in loca-
 terum, sed vsum: & habet ius cen-

gendi pensionem super illam: At
qui censum habet super aliquam
rem: non habet eiusdem rei domi-
nium sed ille qui ipsi soluit pensio-
ne. Ab emphyteusi pariter differt,
nam in hac, quis accipit pensio-
ne cuius dominium habet; sed
usus est alteri in perpetuum tradi-
tus: Diuiditur primo census in
Resignatiuum & consignatiuum:
Resignatiuus est, cum quis rei suae
dominium alteri transfert, retenta
sibi aliqua pensione fructuum.
Consignatiuus, cum quis retento
dominio rei, partem fructus in al-
terum transfert qui census nunc
temporis est in usu. Horum autem
quidam sunt perpetui, ex quibus
alii reuocari possunt, nempe ab eo,
qui dat pensionem, si reddat pre-
mium quod accepit, alii non pos-
sunt ex pacto. Quidam verò sunt
temporales, idque vel ad certum
tempus, quo finito cessant, vel ad
incertum vt ad vitam alterutrius,

animalia
, & de
bi lucra
s serua
referua
eri rati
pensari
ecundo
domin
* Ter
u culpe
on pecc
jà lucra
o sit co
Cap.
gendi
a alter
ocatio
num, de
us in
et ius



vel ad alium terminum in certum
 rursus alii sunt fructuarii, de rebus
 seu fructibus rei super quam est
 census, alii pecuniarii qui soluntur
 in pecunia, qui nunc magis sunt
 in usu, & dicuntur hi omnes cen-
 sus reales, quia fundantur in re ali-
 qua fructifera, ut agro, domo, &c.

*De emptione, & venditione cen-
 suum. Cap. 44.*

Licet profectò unicuique ius
 census super res suas alteri
 vendere, vel emere ab altero,
 ut sacri docent canones. Nempè,
 quia ius exigendi huiusmodi fru-
 ctus est pecunia æstimabile, quini-
 mo non modò iam factos emere
 & vendere licet, sed etiam novos
 per venditionem, & emptionem cõ-
 stituere, neque n. amittitur pecunia
 sed ius exigendi pecuniam, vel fru-
 ctus. Et hæc omnia debent intelli-

gi de
 por
 redin
 spect

De c
 mb
 c

H
 *Prin
 &rea
 mob
 & ill
 uis p
 bona
 ritate
 mat
 preti
 ne a
 terin

gi de censu tam perpetuo quã temporali, & tam de irredimibili quã redimibili, idque ex natura rei, seu spectata natura contractus.

De censuum iustitia, & conditionibus necessario requisitis.

cap. 45. 46. 47. 48. & 49.

HÆ conditiones in uniuersum requiruntur ad iustitiã Censuum prout tunc fiunt
 *Prima, quod apud venditorẽ verè & realiter sit illa res, signata, & immobilis, cuius fructus venduntur, & illa sola obligata maneat, quamuis possint etiam & reliqua illius bona hypothecari ad maiorẽ securitatem census, modò emptor emat talem affecurationem iusto pretio, & vendens nõ impediatur, ne alijs suis bonis, ad libitum interim utatur, ac præterea re su-

pra quam est census pereunte for-
 tuito, non sit obligatio ad solu-
 dum censum. * Secunda. Quod
 talis res verè illos fructus reddat,
 quorum ius emitur, & non pau-
 ciores. * Tertia. Quod si res illa pe-
 reat, vel fructus illius, sine culpa
 venditoris: emptor non possit per-
 cipere fructus nisi pro rata, hoc est
 ex parte, si ex parte; vel ex toto,
 ex toto illa perierit. Quarta. Quo-
 pretium sit iustum, habita tempo-
 ris, ac fructus quantitatis & secu-
 ritatis ratione, quale illud esse di-
 iudicatur, quod ex lege, vel com-
 muni consuetudine est approba-
 tum. * Quinta. Qui censum emit,
 non cogat veditorem, vt redimat
 nam tunc videretur virtuale mu-
 tuum: cum autem is reemere, vel
 redimere voluerit, potest semper
 etiam per partes.

*De Cambio quid sit, & eius
 speciebus. Cap. 50.*

Cambium est * permutatio negotiatoria numismatis p numismate. Permutatio enī in genere est triplex: Prisca, rerum cum rebus. * Secunda. Numismatū cum rebus. * Tertia. Numismatis cum numismate, & hæc proprie cambium vocatur, quod est quadruplex. Minutum, cum pecuniæ maiores pro minoribus, vel cōtra, dantur, cum aliquo lucro. Sic cum campfor dat alteri pecunias in eodem loco post aliquod tempus soluendas cum fœnore, prout alibi valuerint. Per litteras: cum quis dat campfori pecunias, ut eas accipiat alio loco, in quo verò accipit eas, prout tali loco, statuto tempore valent, ad quod campfor dat litteras. Reale; cum quis verò dat in vno loco pecunias, alibi sibi aut socio suo reddendas, cum aliquo fœnore.

*De iustitia Cambii ad minu-
tum. Cap. 51.*

Pecunia considerari potest & ratione materiae, & ratione formae & valoris, ratione materiae potest locari, commutari, emi & vendi, uti res alia, & aliquid exigi pro iusto pretio, etiam supra valorem legalem. Ut autem est aliarum rerum pretium, non licet in ea legalem valorem excedere, v. gr. aliquid emere augendo legale & ordinarium valorem illius, ut si quis augetet valorem iuliorum, hoc enim obligat ad restitutionem, & est per se mortale. Quantum ad permutationem, licet pecunias permutare, ut puta maiores minoribus, & contra: & ultra legale pretium aliquid exigere, pro tali permutatione, & hoc est cambium minutum, quod fere omnes doctores admittunt, si desit fraus, &

iustum adsit pretium. Deinde in
 emptionibus cum miscetur aliqua
 permutatio absque dolo & fraude,
 licet valorem legalem excedere,
 vt res, minus auro, quam argento
 solvatur, vt si quis velit sibi in au-
 ro solui, potest alius illi aliquanto
 minus ea de causa dare.

*De fidei Cambij speciebus, & eo-
 rum pretio Cap. 52. & 53.*

Cambii fidei quatuor sunt
 species. *Prima, Quando
 Campsor dat pecunias sibi
 reddendas in eodẽ loco, sed prout
 statuto tempore valebunt in alio
 distante, in hoc Cambium iniustum
 est si Campsor sciat certo, plus ibi
 valituras, quia tunc est mutuũ cũ
 lucro, secus si incertum sit plus mi-
 nusue valituras. *Secunda, quãdo
 campsor dat pecunias, quę reuera
 illi soluedæ sunt in eodem loco in

quo ipse est & eas tradit: non datur
 tamen, nisi ut soluendas & acci-
 piendas in loco distante, ut Lug-
 duni, ubi forte nec pecunias ipse
 habet, nec respondentes: & in hoc
 est manifesta iniustitia nisi lucrum
 quod exigitur, petatur ratione ali-
 cuius lucri cessantis. *Tertia, com-
 posita est ex cambio & recambio
 quando dantur pecuniae v. c. Romae,
 ut accipiendae & soluendae in
 alio loco, ubi tamen nec Campsor,
 nec qui ab eo petit vllas habent,
 deinde is qui eas à campfore acci-
 pit, cum in loco condicto non ha-
 beat tales pecunias quas possit ibi
 soluere, iterum cōuenit cum camp-
 sfore de illis cambiendis cum no-
 uo lucro Romae, & hoc cambium
 est etiam iniustum, nempe, & quia
 fictum est, cum in eo nulla sit
 transmissio pecuniae, & quia con-
 tinet mutuum virtuale cum lucro
 *Quarta est cum datur v. c. Romae
 pecunia alibi soluenda: &

quidem si verè alibi solvatur, nulla est iniustitia, modò adsint aliæ conditiones requisitæ, ac nominatim, vt non fingatur periculum vbi nullum est, sic vt ratione illius plus accipiatur; ac præterea vt vbi nulla interuenit culpa eius qui soluere debebat, nihil ab eo amplius exigatur in pœnam, sin vero eodem loco soluenda erat illa pecunia, & locus distans solû fingeatur, est cambium siccum & iniustum. In vniuersum. a. iustitia Cambii in hoc consistit vt lucrum quod accipitur, accipiatur vel pro transmissione pecuniarum, in locum distantem, quæ transmissio habeat periculum, & ad eam experisæ aliqua faciendæ sint, vel propter obligationem qua quis paratus est dare & accipere. Ratione autem temporis præcisè, non licet vllum lucrum postulare, vt v. c. quia solutio differtur vel statim fit. Se-

cus tamen si inde oriatur damnum aliquod, vel lucrum cessaret.

De variis speciebus Cambii per litteras. Cap. 54.

Quinque sunt species Cambii. *Prima, Cum Petrus dat Campfori Romæ centum, vt det sibi 95. Venetiis: eiusdem pretii, alios enim quinque campfori pro litteris, expensis, labore, relinquit: quod cambium licitum est, modo exigatur tantum iustum pretium. *Secunda, Cum quis dat pecunias, vbi minus valent, vt recipiat, vbi magis valent, pecunię nãque præsentes, magis valent quam absentes, etiam si illæ alioqui sint eiusdem valoris vtrouique, & maxime si accedat periculum, vnde duplici quasi nomine hoc cambium est licitum, modo pretium sit proportionatum distantie locorum. *Tertia, est huic contraria

nempe cum indigens dat Camp-
 fori Romæ pecunias, vbi plus va-
 lent, vt recipiat eas, vbi minus; &
 hoc licet, maxime si pecunia in ea-
 dem reddatur specie. *Quarta, Di-
 citur cambium ad incertam solu-
 tionem: cum quis dat Campfori
 pecunias Romæ, vt eas recipiat ad
 precium fori, quod primo occur-
 rit, quod modo crescit, modo de-
 crescit, sic enim existens æquale
 periculum augmenti & decemē-
 ti, pro vtraque parte, licet. *Quinta
 Dicitur cambium ad creditum.
 cum nimirum quis pecuniæ onus
 renuens, dat campfori, vt ipse per
 litteras teneatur reddere illi vbi
 constituerit, & vnanimis in hoc
 consentiunt: quod pariter iustum
 viderur, Cambia autem hæc pos-
 sunt fieri etiã intra idem regnum.

De Cambio Reali. Cap. 55.

Illud vocant cambium reale,
quando campfor dat merca-
tori pecunias in alio loco sol-
uendas, aliquo recepto precio pro
comutatione: quod quidem iustū
erit, si nihil ratione moræ, vel tem-
poris, recipiatur, & etiam si pecu-
niarum illum valorem exigat, se-
cundum quem pecuniæ in foro
occurrenti accommodantur: si sic
fuerint datæ. Si tamen cum mora
temporis esset lucrum cessans aut
damnum emergens, tunc pos-
set ratione horum aliquid
amplius accipere.

* * *



DE OCTAVO
Præcepto.

*Non falsum testimo-
nium dices.*

De Iudice. Cap. 56.

IUSTVS Iudex quatuor habere
debet: potestatem, veritatem,
formam, & vim executionis.
* Potestas debet esse vna ex
istis. Ordinaria, delegata, arbi-
traria, accessoria, altera autē horū
deficiente, qui se iudicē constituit,
vel cum aliquam illarum habeat,
non tamen in illū de quo iudicat,
peccat mortaliter & tenetur ad
restitutionem, vt si v. c. Iudex

secularis velit exercere iudicium,
 in Clericum, nisi in istis casibus.
 *Primo, Cū clericus est degradatus
 & traditus brachio sæculari. *Se-
 cundo, Cum Episcopus in causa ci-
 uili eius rei facit potestatem, non
 autem in criminali. *Tertio, Cum
 Clericus conuenit sæcularem cor-
 ram iudice sæculari, & reus recõ-
 uenit clericum coram eodem Iu-
 dice, & hoc tantum in causa ciui-
 li, in aliis nam etsi Clericus possit
 sæcularem coram iudice sæculari
 conuenire, ipse tamen conueniri
 non potest coram illo, *Veritas in
 eo cõsistit, vt dicat id quod res est,
 vel quod existimat esse, °scientia
 publica, Iudex enim non vt per-
 sona priuata sed vt publica, nem-
 pe ex allegatis, & probatis, adhibi-
 ta tamen prius omni diligentia ad
 veritatem detegendam, in causa
 quidẽ ciuili debet sententiam fere-
 re, in criminali verò etiam potest
 licet per scientiã priuatã sciat eum

qui

qui probatur reus innocentem esse, forma in ferenda sententia est, ut feratur secundum iura & leges, ut pœnæ quantitas, & alia præparatoria, & executionem comitantia obseruentur, * vis executionis, ut pœnas legis in fontes ferat, quas non potest remittere si sit inferior, si autem princeps supremus, tunc tantum potest, quâdo vel accusator remittit, vel persona est Reipublicæ admodum necessaria.

De Accusatione, & Reo. Cap. 57. & 58.

Nemo tenetur accusare, nec denuntiare peccata iam facta quæ actu non sunt, malefactoris pœnitente, nisi præcesserit infamia, vel aliqua probatio, & iudicè à iudice interrogetur. Cui peccatum est contra bonum commune, seu contra tertiam perso-

nam, in re graui, & est in fieri, seu
in proximo uisat, tenetur accu-
sare, præmissa tamen fraterna ad-
monitione, quæ non erit necessa-
ria, si delinquens incorrigibilis ha-
beretur, ut in heretico obfirmato,
vel ex eo quis timet sibi aut alii
grauè malum. In omni uero pec-
cato, siue redundet in damnum
Reipub. uel alicuius tertii, siue
non tenetur quilibet ex correctio-
nis præcepto delinquentem fra-
ternè admonere & corrigere, nisi
si ordo correctionis non speretur
profuturus, superiori denunciatio
fraterna denuntiatione, prout est
pediend & uile uisum fuerit. In
autem semper necessarium est
accusatori ad iustitiam accusa-
tionis, ut accuset recta intentione,
& cum ueritate, adhibeat
tiam ueros testes, ut non præsum-
ricetur, sed litem incoatam ab
soluat. Reus quando à proprio
iudice, & secundum iuris formam

interrogatur de crimine supra quo
præcessit infamia, aut iudicia, aut
semiplena probatio, & hæc iu-
ris forma est in processu probata,
& reo indicata, tenetur respon-
dere verum, etiam si mortem si-
bi inde imminere cognoscat, alias
peccat mortaliter. De crimine
autem occulto suo, vel alterius,
aut si quouis alio modo interro-
getur, quã iuridice, nec tenetur
nec debet illud manifestare, sed
potest dicere, se non fecisse, uti
Caiet. & Andr. monent, vel non
habuisse tales complices, quod ta-
men cautè iuxta intentionē pro-
prium, non absolutè pronuntiabit.
Obediet in cæteris iudici, nec con-
tra custodes insurget, si tamen ci-
tra vim possit fugere, licet sit iust è
captus, idlicitè poterit, etiam car-
ceris, compedum, & catenarum
fractione, & licet norit alios fugi-
turos, & custodes damnum ali-
quod inde accepturos, ipse tamen

omnia damna postea restitue-
gatenarum & carceris fractione.

De Teste Cap. 59.

TRia in Teste consideranda,
obligatio, repulsa, & culpa.
Obligatur Testis tunc testi-
monium reddere, cum erimen re-
dundat in damnum cōmune, vel
priuatę personę, & non est emen-
datum, sed adhuc fit, licet iuridice
non interrogetur. Cum vero cri-
men est iam commissum, & emen-
datū, nullus nisi iuridice interro-
gatus, respondere tenetur. Sciens
autem aliquem iniuste pati, tene-
tur prebere testimonium innocen-
tię illius, etiam non rogatus, dum-
modo cognoscat aliquid se profu-
turum, & nullum detrimentum
timeat. * Repulsam pati potest te-
stis, si infamis sit, vnde contrarie
parti licet aperire defectus etiam
occultos illius, vt se defendat, dum-
modo veritas dicatur, & ea tantum

crimina publicetur, quæ testimonium aduersariorum infringere possint, & ex declaratione talis criminis, non obueniat testi multo maius damnum quam parti. * Culpa testis est falsum testari, & est culpa lethalis obligans ad restitutionem, & tenetur se retractare si alter sit in graui periculo mortis, vel infamie, licet ad hoc mors ipsi obeunda esset. Quod si credens verum testificatus est falsum, quod postea falsum deprehendit, si speret se aliquid profuturum, debet id iudici denuntiare, sin minus, saltem parti in cuius fauorem testificatus est vt veritatem cognoscens sciat damna si sit opus. Si autem pro falso pecuniam accipiat, eam reddere non tenetur, secus pro vero, cum sine pecunia semper illud manifestare teneatur.

De Aduocato. Cap. 60.

ADuocatus in pauperum causa gratis patrocinari tenetur, & in necessitate, sub mortali. Debet causam iustam, vel quam iustam existimat, defendere, nam si falsam, & damnum resarcire, & expensas reddere tenetur, clienti quidem suo, si eam perdidit, parti vero aduersæ, si obtinuit. Dum causa est dubia potest patrocinari, iniustitia autem illius cognita debet desistere. Non tenetur tamen, falsitatem, parti contrariæ aperire, nisi ad euitandum gravissimum illius incommodum, & quod hic dicitur de causa dubia, debet etiam intelligi de ea quæ aliquanto minus iusta apparet, modo non sit planè iniusta, & sit ad reum, vel actorem qui notabile damnum patitur defendendam.

tunc ergo licet quoque defendere
causam minus iustam, sicut & in
rebus non ita magni momenti,
prius admonito cliente de condi-
tione causæ: secus verò quando
contraria pars pateretur graue il-
lud incommodum. Teneatur sci-
re quæ ad suum spectant officium
defectu cuius obligatur ad resti-
tutionem damnorum: & præte-
rea fideliter aduocati patrocinium
pro iusto pretio præstare, quod
pretium expendi debet ex graui-
tate causæ, labore, & dignitate
aduocati. De aliquot a parte cau-
sæ cuius victoria speratur, pacisci
potest nunquam cū suo cliente.

De Notario, & Procuratore.

Cap. 61. & 62.

Fidelitas, sciëntia, & iustitia sūt
in Notario necessaria: teneatur
enim iste omnia scire, quæ
ad suum spectant officium ex

quorum defectu tenetur ad restitu-
 tionem damnorum inde secto-
 rorum: vt scilicet instrumentum
 fiat ab eo tantum, qui est mentis
 compos: presentibus testibus suf-
 ficientibus: signet die n & annum,
 nullam contineat falsitatem, & il-
 lud non tantum in protocollo
 habeat, sed etiam in registro, pro-
 bè, & ad longum conscriptum.
 Non debet illud occultare peten-
 tibus, aut indigentibus, quibus
 illud implere incumbit: sed vti
 illis etiam manifestare vt illud im-
 pleant, maximè si contineat lega-
 ta, & si cessent, aliis quibus ea ta-
 eta sunt, vt persequatur ius suum.
 Iustus sit in pretio exigendo, vt
 vt non plus exigat quam oportet,
 & in iis tantum rebus in quibus
 bus id licet, non potest enim quis
 quam accipere pro negotio ordi-
 nationis, nec pro dimissoriis, aut
 testimonialibus, nisi (vbi ad hoc
 non habet salarium ab Episcopo

deci
 reav
 hibi
 instr
 sura
 liter
 Episc
 simi
 rian
 cola
 cau
 defe
 mō
 abs
 ter
 & p
 auē
 per

Q

I

decimam partem aurei, ac prætere-
 reat nullum instrumentum pro-
 hibitum faciat, quale est usurariū
 instrumentum, vel prohibens v-
 suras repeti, alias peccabit morta-
 liter, & excommunicationem
 Episcopalem incurret. Procurator
 similiter scientiam habeat necessa-
 riam, diligenter inuigilet, veritatē
 colat & sinceritatem, & non nisi
 causam iustam, ac pro iusto pretio
 defendat. Lites præterea, quas pri-
 mō defendendas suscepit, prius
 absoluat, quàm alias plures accep-
 tet. & quàm possit benè tractare,
 & post victoriam ultra pretium,
 auctarium, seu strenam, nec reci-
 pere, nec petere, debet.

*Quid Detractio, quotue sint de-
 tractionis modi. Cap. 63.*

Detractio est *ablatio fameꝝ p
 verba, cū intentione nocēdi.

Vnde ille detrahere dicitur, qui alteri bonam famam aufert, quam habet apud homines. Per verba intelligi debent etiam signa, nuntus, scripturæ, & libelli famosi, seu infamatorii. Item taciturnitas, quando loquendi est tempus, vt aliquid approbet, vel proximi famam defendat, ablatio famæ saltem virtualis dici potest. Requiritur autem semper, vt hæc dicat, vel faciat cū intentione nocendi, idque discrete seu expressè, vel implicite, vt qui ob ludum vel iocum non curat alterius famam auferte. Modi detrahendi sunt octo, quos explicat S. Thom. 2. 2. q. 73. Quatuor circa malum, & quatuor circa bonum, qui his carminibus continentur.

Imponens, augens, manifestans, in mala vertens;
 Qui negat aut minuit, tacuit,
 laudat: que remisit.

De peccato detractionis quale sit.

Cap. 64.

Est peccatum mortale, quia contra iustitiā, & ex suo genere peius furto, & eo periculosius, quo communius, vnde scriptum est: cum detractoribus ne commiscearis. Ex leuitate materiæ potest esse veniale, pensanda autē est leuitas materiæ, ex tribus, primo ex quantitate ipsius infamiæ, vt si ea leuis sit, secundo ex qualitate personæ diffamatiæ, interdum enim peccata grauiā imponere, vel reuelare de quibusdam personis, non est mortale, vt rem veneream de quibusdam iuuenibus, homicidium de milite, nepe, quando res tales non ducunt dedecori, sed potius de illis sese iactitant, & tertio ex parte personæ apud quam quis detrahit, grauius enim est apud virum grauem detrahere

quam alium, & apud multos, quàm paucos. Potest etiam esse veniale, si fiat absque intentione nocendi, ut ex ioco tantum, modo tamen inde non oriatur re ipsa notabilis infamia, quàm detrahens potuerit præuidere, vel si desit deliberatio & aduertentia sufficiens, ut cum quis ex vehementi ira alterius crimen detegit, nam etiam tunc est tantum peccatum veniale sic detrahere.

De Resolutione aliquorū dubiorum circa famam. Cap. 65.

Manifestare crimen alicuius quomocunque infamati intentione nocendi, est peccatum contra charitatem. Deinde peccat contra charitatem & iustitiam cum obligatione restituendi, qui alicuius crimen publicum cum etiam propter iudicis sententiam, postquam bonam famam

recuperavit, manifestat, sine legitima causa, qualis esset ad vitandum nocendum corporale, aut spirituale, alicuius siue particularis, siue communis, ut si quis vulgo habitus bonus homo, alio tamen in loco damnatus furti vel hæresis, versaretur inter aliquos, quibus periculum esset ne noceret in bonis corporis, fortunæ, vel animæ, nam tunc liceret illis significare qualis ille fuisset ut ab eo sibi cauerent, eademque esset ratio, si aliquis eligendus esset ad dignitatem aliquam publicam, ab iis, qui eius incapacitatem ignorant, unde etiam tunc liceret eam illis aperire. Si verò nondum bonam famam recuperasset, non esset peccatum contra charitatem, nec contra iustitiam, in eadem vrbe ignorantibus, manifestare, quod fecit. Manifestare a. in aliis locis longè distantibus, ut per litteras crimine alicuius de se publicum, vel per iudicis sententiam

quo non peruenerat nec peruen-
turum erat, & est contra charita-
tem, & ideo illicitum: & esset con-
tra iustitiam, si inde damnum ali-
quod famæ in consanguineos, vel
aliud corporale, in ipsummet dif-
famatum redundaret.

An quis seipsum infamare possit
Cap. 66.

CAietanus negat licere etiam
in tortura se infamare,
quod tamé Sotus; & Nauar.
affirmare videntur. Certum tamé
est, inquit Toletus: *Primo non
esse contra iustitiam seipsum infamare,
nisi inde nocumentum ali-
quod in alios deriuetur. *Secundo
se infamare sine causa esse contra
charitatem, & mortale quando
quis sibi falso imponit crimen gra-
uissimum, vt hæresis, secus si tantum
occultum reuelaret, vel crimen non
esset ita graue, & abesset periculu.

*Tertio
positum
getur
sui co
uelar
tur d
quan
aut p
postu
stitur
crim
roges
dam
prop
citra
so im
ne to
& cri
nullu
quar
conf
re, vt
si ha

*Tertio posse quemlibet in tortura positum, etsi iuridice non interrogetur, reuelare crimen occultum sui complicitis, non posse tamen reuelare illud secretum, ex quo sequitur damnum publicum, neque quidquam eorum quæ in confessione, aut per confessionem accepit. Ac postremo eundem in tortura constitutum, posse manifestare suum crimen verum, etiamsi non interrogetur iuridice, nec aliud inde damnum sequatur, quam infamiæ propriæ. Ac præterea posse etiam citra mortale, fateri crimine sibi falso impositum pro cuius confessione torquetur, modo absit periurium & crimen illud non sit hæresis, & nullum aliud damnum sequatur quam infamiæ & vitæ ipsius, nec confessarium debere illum adigere, ut iterum verum dicat, nequidē si hæresim sibi imposuisset.

De audiente detractionem.

Cap. 67.

ET detrahens, & detractori cōsentiens, grauit̄ peccat; & mortaliter quidem, si audiēs ex odio consentiat, vel directē ad detrahendum inducat, si quis autē ex curiositate, aut vanitate delectetur in detractione, peccat solum venialiter, quādo damnum quod inde deriuatur in personā, de qua est detractio, non est graue, & nisi delectari sit virtualiter consentire, vt in superiore eius qui detrahit seu qui ex iustitia debet illum impedire. Non peccat verō venialiter quidem qui detrahentem audit nec corripit, quando ex timore id facit, quia ab eo sibi timet malum. nisi quando malum illud esset, multo leuius quam damnum, quod inde euenit ei, de quo is detrahit: vel certē id or-

miquit

mittit
na est
babilit

De

Q

restitu

rursus

raueri

tamen

re non

fuit de

modi

restitu

impor

restitu

titum

rum c

festan

do se

locutu

mittit ob reuerentiam, quia persona est grauis, vel quia putat probabiliter se nihil profuturum.

De restitutione fame. Cap. 68. & 69.

Qui alteri famam contra iustitiæ ordinem verè abstulit, peccauit & tenetur restituere, nisi persona diffamata rursus alio modo famam recuperauerit, vel condonauerit: quam tamen persona publica condonare non potest, nec quâdo intamia fuit de hæresi. Quatuor autem sūt modi auferendi famā: & quatuor restituendi. *Primo tollitur falsum imponendo, & tunc qui abstulit, restituere tenetur, dicendo se meritum fuisse. *Secundo. Aufert verum crimen, sed occultum, manifestando: & tunc restituet dicendo se male: & contra charitatem locutum fuisse. *Tertio. Negando

peccatum coram iudice, quod a
 alio vere, ac iuridicè illi tribuitur
 & tunc iuridicè conuictus fuit
 veritatem fateri tenebitur, & fa-
 mam accusatori restituere, si vero
 defecit accusans in probatione
 non erit necessarium famam re-
 stituere i iurico accusatori, peccatum
 tamen verum negando. Quae-
 to, Manifestando alterius crime-
 nudi rectè, seu imperfecte: ut
 quis dicat se ab alio illud audire
 se, & sic quamuis Scotus & Ca-
 ier. dicant non auferri famam, op-
 timum tamen est Soti consiliu-
 ut eo modo restituatur, quo abstru-
 lisse creditur.

*Resolutio quorundam dubiorum
 de fama restitutione. Ca. 70.*

Tenetur quis etiam cù pro-
 priae famae detrimento ali-
 enam iniuste ablatam restitu-
 uere, & aliquando cum maiori

quo damno, quam sit alterius fame
amissio: dummodo qui abstulit
non sit vir illustris: nam hic alte-
rius illi multo inferioris etiam eo
induito famam pecunia resarcire
potest. At si infamatus vitæ peri-
culum subeat, is qui abstulit, eo-
dem periculo restituere tenetur:
secus verò quando alter solum pa-
titur damnum in fama, aut bonis
externis, nisi infamia illa valde
notabilis esset. Quando autè duo
se iuicem infamarunt, vt milites
& mulierculæ consueuerunt, si æ-
qualis sit infamia, quamuis vter-
que peccauerit, nulla est obligatio
restitutionis, altero tamen red-
dente, & illi alter pariter restituere
tenebitur.



DE NONO præcepto.

*Non concupisces rem proximi
tui. Cap. 71.*

HOc præcepto Avaritia præcipuè prohibetur peccatum. Est autem Avaritia "appetitus dicitur vitiarum voluntarius & immoderatus. Dicitur "appetitus inordinatus, quatenus est contra iustitiæ, charitatis, libertatisque regulam. Et quidem, quando quis habet aliena bona, vel eodem modo illicito vult retinere aut appetit, quæ sibi non conveniunt, nec illi dari possunt, ut beneficia, officia, &c. quia illis indignus, peccat contra iustiti-

Quando verò quis est sic suis re-
bus intentus, vt etiam in necessita-
te, proximo subuenire nolit, peccat
contra charitatem, si autem extra
necessitatem, & de propriis, & su-
perfluis, alteri nolit subuenire, est
contra liberalitatem: sed duo pec-
cata priora ex genere suo mortalia
sunt, hoc verò frequētius veniale.

Quid Gabella, & quotuplex.
Cap. 72.

Gabella est tributum pu-
blicum à Principe in com-
munem vtilitatem exactū:
& est quadruplex. Vectigal, quod
dicitur à vehendo, quia ex merci-
bus quę in ciuitatem inuehuntur,
soluitur: quod & portorium vocāt,
quia in porta ciuitatis soluitur. Est
et Guidagiū, quod pro viā ducatu
solui debet, vt homo scilicet rutū à
larronibus iter habeat. * Tertia est

gabellas[defectu namque nomi-
nis, commune particulari applica-
mus] quæ soluitur ex iis, quæ
ciuitate venduntur, & emuntur.
Quarta, est Tallia, quæ est sum-
ma quædam pecuniarum, quæ
Princeps aliquando pro occurren-
tibus necessitatibus exigere solet.

De iustitia exigentis vectigalium
Cap. 73.

Circa primam Tributorem
ciem, quatuor necessa-
riè requiruntur. Primū, vt sit
sita ab habente auctoritate
nèpe à Papa, Cōcilio generali
Imperatore, Regibus, vel Prin-
cibus Italiæ, qui in temporali
subdantur, ita vt si alii præter
illos vectigalia exigant peccent
mortaliter, & excommunicentur
in Bulla Cœnæ. Secundum est
de mercimoniis tantum exigantur

non de iis: quæ in proprium vsum
invehuntur: de his enim vectigal
exigentes peccant mortaliter, &
excommunicationem Cœnæ Do-
mini incurrunt, vt supra lib. I.
cap. 29. Tertium, ne sine Papæ li-
centia alii Principes à Religiosis
exigant ex rebus ad eorum vsus
necessariis, secus de mercibus.
Quartum, quod gabella sit mode-
rata, ita vt non excedat tertiam
partem octauæ patris mercium,
ex quibus exigitur, vectigal verò
24. patrem

*De iustitia exigētis Guidagia. &
Tallias Cap 74i*

Guidagia nullus Princeps
deberet exigere, nam ipso
iure statū quisque sibi à la-
tronum incurribus tutum habere
tenetur, quod si imponat, nec ta-
men prouideat periculis viato-
rum, tenetur damna in quæ

illi incurrunt sarcire: præterea gubdagia illa debent esse moderata, & à supremis principibus tantum exigi, sicut & pedagia, nam quod attinet ad primam speciem gabellæ, potest imponi etiam à Dominis non supremis, debent etiam habere alias circumstantias, de quibus capite præcedenti. Tallia autem non est imponenda nisi ob publicam utilitatem, & in graui necessitate, qua cessante, ipsa quoque cessare debet. In qua præterea habet seruandum est, vt qui pauperiores sunt, ab iis minus exigatur.

De iustitia soluentis gabellas.

Cap. 75.

DE fraudantes gabellas, pœnali lege positas, soluere non tenentur ante iudicis sententiam, & iniustas non soluentes, non peccant, nec ad restitutionem tenentur. Sunt autem iniustas

quando defunt conditiones supra
positæ; quando verò sunt iustæ
debent solui, eademque est ratio
quando certum non est esse iniu-
stas, & qui secus facit tenetur ad
restitutionem. At parati soluere si-
ne fraude, si non soluunt quia ab
exactoribus non exiguntur, & mos
est, vt exigantur, non tenentur ip-
sis exactoribus offerre, præcipue si
parui sint momenti, aut eorum iu-
stitia dubia.

*Quid beneficiū, & quotuplex, &
qui conferant. Cap. 76. & 77.*

Beneficium est " ius percipi-
endi fructus ex bonis Deo
dicatis, clerico propter diui-
num officium competens. Et est
quadruplex: quædam quæ habent
animarum curam, & iurisdictionem
exteriolem vt Episcopatus, & ali-
quæ Abbatia, ac Prioratus. Quædam

quæ neutram habent, vt beneficia simplicia & Capellaniæ. Alia habent quidem iurisdictionem, sed non animarum curam. Quarto loco sunt, quæ curam animarum habent, sed non iurisdictionem, vt beneficia curata. Beneficium & præbenda differunt, nã illud tantum clerico, hæc etiam laico datur, qui Ecclesiæ inseruit: vel est pauper, aut de Ecclesia benemeritus. Papa confert beneficia de plenitudine potestatis. & ubique terrarum, Ordinarius de iure beneficia suæ Diocesis, nisi in contrarium, statutum vel consuetudo aliqua extet, Capitulum verò per se quando ordinarius est suspensus, vel excommunicatus, vel sede vacante beneficium iuris patronatus, vel quod solebat cum Episcopo conferre, vel si habeat eius rei priuilegium aliquod. Datur autem beneficium quatuor modis, Collatione, Resignatione,

Electiōne, & præsentatione, ex quibus prior ad superiores personas tantum pertinet, alii etiam ad alios.

Quomodo quis alteri debeat dare beneficia. Cap. 78.

Conferens beneficia aliquo dictorum modorum, duo observare debet; primū, ut det gratis, & absque pretio alicuius rei pecunia æstimabilis, alias esset simonia. Alterum ut det iustè, & digno, id est sanctis moribus instituto, atque ad tale officium exercendum idoneo, alioquin peccaret conferens, & ad restitutionem teneretur Ecclesiæ faciendam: Nec sufficit digno dare, si dignior adsit, nisi beneficium sit patrimoniale, aut ex propriis bonis constructum: tunc enim sufficit ut digno detur, altero digniori relicto: sed nec quando in aliis da-

tur digno, digniori relicto, est vlla obligatio ad restitutionem, sed tantum peccatum acceptionis personarum ibi interuenit.

De accipiente beneficium, & an plura recipere liceat. Cap. 79. 80. & 81.

Nullus beneficia iuste accipere potest, qui has iuris condiciones non habuerit.
 *Prima, vt sit Clericus, habens saltem primam Tonsuram. *Secunda vt sit legitimo matrimonio natus. *Tertia, quod debitam attingat aetatem, Episcopus annos 30. Curatus 25. Conc. Trid. sess. 23. c. 6. Clericus beneficiorum simpliciū, 14. *Quarta, vt careat iuris impedimento, i. excommunicatione, & irregularitate. *Quinta, vt sit scientia, probitate, & aptitudine praeditus sufficienti. *Sexta, vt aliud beneficium non habeat: nam

plura habere beneficia de se malū est, dist. 89. c. singula. Ante Concil. Trid. erant sex casus, in quibus plura retinere beneficia licebat, sed post, duo sunt tantum relictū.

* Primus, quando simplex ratione exigui fructus Curato vnitur.

* Secundus, quando ob eandem causam vni plura simplicia dantur: quare nunc vnus & idem, nec plures sedes Episcopales, nec plura beneficia curata, aut residentiā requirentia, vt sunt quæ iurisdictionem aut chorū habent, neque etiam plura simplicia quando vnum ad sustentationem sufficit pro ratione personæ, loci, & temporis habere potest. In parochiis verò que annexæ sunt Canonici, idem Concilium vult, vt Episcopus Vicarium perpetuum constituat, cum tertia parte fructuum. Cum dispensatione tamen Summi Pontificis ex causa legitima, qualis est quæ est in utilitatem

Ecclesiæ, qui plura beneficia habet
quæcunque illa fuerint, tutus erit
& in cōsciētia, & in foro exteriori.

Quid Pensio, & quotuplex.
Cap. 82.

Pensio est ius percipiendi fru-
ctus ex alieno beneficio. In
beneficio autē sunt duo, di-
gnitas ecclesiastica, quæ titulus vo-
cari solet. & ius percipiendi fru-
ctus ex bonis Deo dicatis, & hoc
à priori separatū dicitur Pensio, &
qui hoc ius habet, vocatur Pēnsio-
rius. Pensio triplex, téporalis spi-
ritualis & media. Téporalis datur
etiam laicis. militi. ac duci pro
Ecclesiæ militantibus & aliis Ec-
clesiæ negotia tractantibus. Spi-
ritualis datur Concionatoribus,
Parochis, & Sacristis, &c. Media
verò, ob resignationem, & cessio-
nem beneficii. Hæ autem pen-

siones á beneficio differunt: nam habens beneficium, tenetur singulis diebus horas canonicas recitare, non potest beneficium vendere, nec commutare pro pretio temporali, quamuis possit cum altero beneficio, vel dignitate spirituali, & si uxorem ducat, perdit beneficium. At Pensio temporalis, non obligat ad horas: potest vendi pro re temporali, non autem cum beneficio commutari ecclesiastico, nec per matrimonium perditur. Pensio spiritualis ad horas non cogit, sed tantum ad ministerium propter quod datur, non potest vendi, nec redimi. nec cum beneficio commutari, & per matrimonium perditur, si ministerium illud non possit cum matrimonio consistere. Pensio media, ad horas non ligat, sine Papę licentia non potest vendi, qui tamen habet beneficium, redimere eam potest á pensionario si ipse velit, ei

soluendo pensionem quinque annorum non potest commutari cum beneficio, & iure ipso perditur per matrimonium, licet alicubi consuetudo sit in contrarium, sed perperam, & tales pensionarios obligavit Pius V. ad recitandas horas B. Virginis.

Quomodo licite pensio recipiatur. Cap. 38.

AD pensionem, ut licite possit percipi, tria requiruntur. *Primum. Papæ dispensatio, quam nullus alius prælatu dare potest. *Secundum, Causa legitima. Papa namque non est bonorum Ecclesiæ Dominus, sed dispensator: ideo si non adsit legitima causa, pensionarius non est tutus in conscientia, causæ autem huius rei legitimæ plures sunt. Prima, quando aliqui de beneficio litigant & interim Ecclesia priuatur min

stro, nam tunc beneficium datur
 habenti maiorem iustitiæ rationē,
 pensionem alteri assignando. * Se-
 cunda, in beneficiorum permuta-
 tione, in qua qui habet pinguius
 dat ex dispensatione pensionem
 illi, cui minus pingue contingit.
 * Tertia causa est ministerium ali-
 quod temporale ecclesię exhibitū.
 * Quarta, ministerium spirituale.
 * Quinta, ut detur de ecclesia bene-
 merito, ut magistris & conciona-
 toribus. * Sexta ut studentibus &
 futuris ministris ecclesię, ut prepa-
 rentur. * Septima Paupertas laico-
 rum, cui tamē illa clericorum præ-
 ferenda est. Demum causa pensio-
 num debet esse pia, & in commo-
 dum Ecclesię. Modus autem in-
 illi etiam requiritur, nempe ut nō
 sint nimis pingues, & tertiam be-
 neficij partem ad summum non
 excedant, ac deinde ut non ita cu-
 mulentur pensiones eidem, ut ho-
 minis decentem sustentationem

excedant. Vnde turpis abusus videtur in multis, inquit Toletus, qui supra conditionem & merita pluribus onerantur pensionibus,

Quid sit simonia, & quale peccatum. Cap. 84. & 85.

Simonia est studiosa voluntas contractandi pretio rem spiritualem. Spirituality sunt in quadruplici differentia, quaedam essentialiter, ut virtutes & dona Spiritus sancti, quaedam causaliter, ut septem Ecclesiae Sacramenta, Aqua benedicta, Catechismus, Exorcismus, & Chrismatis consecratio, quae sunt causa praedictorum. Quaedam effectiue, ut concionari, cantare in choro, sepelire mortuos, &c. quae sunt operationes à spirituali potestate procedentes, & in Deum ordinata. Alia ex quadam conuersione, cum rebus spiritualibus, quae

rum alia ad officium spirituale ordinantur, vel ab eo dependent, vt beneficia ecclesiastica. Quædam ad spiritualia præparant, vt vasa sacra, vestes, candelæ benedictæ, cæpanæ, &c. nihil ergo horum licet aut emere, aut vendere, aut vllomodo contractare, pretio æstimabili pecunia, siue pretium illud sit à munere, siue à lingua, siue ab obsequio, alioquin Simonia cõmittitur, quæ de genere suo est mortale gravissimum contra illud Domini præceptum. Gratis accepistis, gratis date, Matth. 7. atque adeo contra ius diuinum, contra naturale verò quia in eo veditur quod non est venale, aut pretio æstimabile, nec vendentis vt qui sit tantum dispensator rerum spiritualium, ac præterea contra ius Canonicum, quamuis permutare beneficia sine Papæ licentia, & pensiones temporales, & medias vèdere, sit tantum iure canonico vetitum.

*De Speciebus Simonia. Cap.
86. & 87.*

Tres sunt Simoniae species,
Mentalis, Conventionalis,
Realis. "Mentalis est duplex
altera cum quis mente deliberata,
vult rem spiritualem pretio con-
tractare non, detinet tamen ad
actum externum, vel quia non po-
tuit, vel quavis alia de causa: altera
cum voluntati deliberatae additur
opus exterius, non exprimit tamen
id quod dat à se dari tanquam pre-
tium, nec intercedit vllum pactum
vel explicitum vel implicitum.
"Conventionalis est, cum pretium
ducitur in pactum, non sequitur
tamen operis consummatio ex vtra-
que parte, sed aut pretii solutio
aut beneficii deest translatio.
"Realis verò hæc omnia continet.
Quatuor dantur regulæ ad Simo-

niam rectè cognoscendam. * Prima, nunquam Simonia committitur, nisi quando aliquid datur tanquam verum pretium rei spiritualis, vnde si detur ad sustentationem ministrorum, vel per modum oblationis, aut Eleemosinæ, non est simonia, quod pro aliis est quoque obseruandum, vbi etiam notandum est semper esse simoniam quando pretium datur vel accipitur pro re spirituali, vt talis est, siue alioquin in se plus habeat de spirituali, siue minus & plus de temporalis. * Secunda est vbi datur pretium pro re, quæ licet aliquid habeat de temporalis, plus tamen habet de spiritali, ibi est simonia, vt ad conferenda Sacramenta. * Tertia. Cum pretium intercedit in mistis plus habentibus de temporalis, vt sunt calices, campanæ, organa, &c. nec illud pretiū datur pro spiritualitate, non est simonia, & ideo licet vendere &

emere calices etiam consecratos,
eodem pretio quo si non essent
consecrati.

*De Simonia in primo, & secun-
do genere spiritualium.*

Cap. 88.

Vendere & pretio contra-
ctare, quæ dicuntur essen-
tialiter spiritualia, vt virtu-
tum vsus, vel operationes, est si-
monia, quamuis per modum E-
leemosynæ, vel spontanæ largi-
tionis, aut sustentationis, aliquid
liceat dare oranti, ieiunanti, audi-
enti sacrum, &c. *Secundo huius-
modi inter se commutare, vt audi-
te alterius confessionem vt audiat
tuam, non est simonia: nam talis
commutatio non est iure diuino,
neque positivo prohibita, quare
Conradus, q. 4. sent. distin. 24.
ar. 3. vbi contrarium scripsit, non

recipitur. * Tertio nec simonia est pro usu virtutum naturalium, vel eorum labore aliquid accipere, ut ad docendam etiam Theologiam. Quarto, nec pro labore Sacramentorum administrationem antecedenti, vel pro obligatione, qua sacerdos se obligat sacrum administrare, tunc enim tantum suam libertatem vendit. Pro labore autem, tali administrationi annexo, nihil accipere licet, quia vnum & idem est cum ipsa re spirituali, nisi detur vel per modum sustentationis, tunc enim dari potest etiam habenti aliunde reditus, si ratione illorum non teneretur ministrare Sacramenta, ex officio. vel per modum oblationis, aut gratitudinis, &c. Episcopi verò pro collatione ordinum, vel dimissionis, aut sigillo etiam à sponte offerentibus, nihil accipere possunt: sicut neque à Notario pro suo officio ex Trid. sess. 21. Cap. 1. quin imo

& candelæ non sine periculo dan-
tur. Notarii similiter nihil accipere
debent pro simili negotio, nisi ubi
consuetudo fuerit in contrarium,
ante concilium, aut si salarium nõ
habeant, & tunc quod accipiunt,
non debet excedere decimam v-
nius aurei patrem pro dimissoriis
& aliis.

*De simonia in tertio genere spi-
ritualium, Cap. 86.*

IN tertio genere rerum spiritua-
lium, reponuntur, quæ sunt à
potestate spirituali, vt supra
cap. 84. quales sunt in voto dispen-
sare, iuramenta relaxare, à censu-
ris absoluerè, & templa consecra-
re: pro quibus non licet Episcopis
quidquam accipere, vel tanquam
pretium, vel per modum sustenta-
tionis, si aliunde habent sustenta-
tionis redditus, sed tantum si spõ

te aliquid offeratur. Tempore tamen visitationis, ne quidem munerita oblata possunt accipere, nisi pro victu, eoque moderato & frugali, Trid. Sess. 24. c. 3. & c. 6. vbi statuit, vt dispensationes in matrimonio gratis fiant. Nunquã tamen murmurandum contra Papam, quando ex iis pecunias exigit, quia plurimum indiget tanta in Ecclesia maiestas: & quia interdum datur pecunia in pœnæ satisfactionem, vel per modum compositionis, seu commutationis, nã qui petit ab onere legis alicuius liberari, iustè potest alicui leuiori oneri pecuniæ subiici. Pro missa non licet pretium accipere, potest tamen aliquid accipi per modum sustentationis, aut oblationis, & de eo etiam pactum iniri secluso scandalo, & hoc maxime si sacerdos sit pauper. Pro Religionis ingressu aliquid dare, vel accipere est Simonia, quamuis aliquid da-

ri possit monasterio pauperi ratione victus & recipi gratis oblatum sine labe Simonia, imo vero & de eo pacisci licet, demum quae plus habent de temporalibus quam spiritualibus, ut officia catorum, vestes sacrae, Calices &c. vendi possunt etiam in usus profanos, modo prius frangantur, & nihil amplius accipiantur ratione consecrationis.

De simonia beneficiorum, & officiorum, quae in quarto genere rerum spiritualium committitur. Cap. 90.

Vendere aliquid horum pecunia, vel aliquo alio pecunia aestimabili, seu emere, est Simonia: unde qui daret aliqui beneficium hac conditione, ut eius soror fratri suo nuberet, & hoc pro pretio, esset Simoniacus, si vero daret ratione gratitudinis, quomodo famulis etiam Episcopi.

porum talia darisolent: Simoniam
haud committeret. Dare pretium
pro beneficii collatione, resigna-
tione, vel possessione, est Simonia,
imo & pro interuentione, vt bene-
ficium alicui conferatur, quam
incurrit etiam, qui ius patronatus
emit, aut vendit, nisi id fiat ratio-
ne temporalis annexi, & ratione
illius, nihil amplius accipiatur.
Quando tamen electio est nimis
perniciosa ecclesie, posset dari
pecunia ne fieret, vt si Cardi-
nales vellent eligere Pontificem
iniquum vel hæreticum, inquit
Caiet. & si non reperiretur nisi
vnus dignus, qui in Papam pos-
set eligi, posset dari pecunia, vt
talis eligeretur, sine Simoniae
culpa, vt Sotus addit, item Si-
monia est emere ius ad benefi-
cium, at non redimere vexatio-
nem post beneficium obtentum, vel
ante dare pecuniam, vt vis & fraus,
propellatur, sicut neque vere il-

le esset Simoniacus, qui fide pecuniam promitteret pro beneficio accipiendo, animum tamen non haberet eam dandi.

De Simonia in permutatione & locatione. Cap. 91.

Permutare spirituale cum temporali officio, vel cum spirituali, quod maiori ex parte temporale est, vel cum pensione, aut beneficio cum beneficio sine superioris licentia, etiam petita, sed non obtenta: Simonia est: quae Simonia etiam interuenit, quotiescunque in ea permutatione inuenitur aliquid datum per modum pretii, ut si quis quia aliud beneficium est dignius, aut pinguius, perciscatur de pecunia aliqua, vel modo alio pecunia aestimabilis super accipiendo. Et per superiorum rem hic intelligimus eum, qui potest beneficia conferre.

care similiter iurisdictionis potestatem, seu vices spirituales, est Simonia. Non tamen locare, aut vendere obventiones, & oblationes Ecclesiasticas, vt fructus qui sibi ex iurisdictione cōtingunt si fiat ad concessum tempus, videlicet ad triennium, vel nouennium, & quanquam nullo iure prohibitū sit. vt tales fructus locentur ad vitam locantis, id tamen honestum non est.

*De Simonia, & Pensionibus, ac
pœna Simoniaci. Cap. 92.
& 93.*

Pensionibus, quæ loco beneficiorū dantur, vt pro adiutorio in officio spirituali, non licet vendere, vel emere, at quæ dantur ob seculare officium erga Ecclesiam, vendi, & emi possunt. Licet autē pēnsiones quæ dantur ob resignationē alicuius beneficii, redi-

mi queant, sine Simonia, etiam si
ne alia facultate, non tamen licet
eas emere vel vendere, cum sit ma-
nifestum Simonie vitium, sicut
neque licet resignare beneficium
retenta pensione cum pacto redi-
mendi pensionem. Pœna Simo-
niaci est quadruplex, sed duæ spe-
ciales, excommunicatio papalis, &
beneficii empti, vel venditi priva-
tio, cum obligatione restituendi
pecuniam acceptam. Huiusmodi
autem pœnæ non dantur Simo-
niaco mentali, neque conuencio-
nali, nisi in vno casu, nempe quan-
do iam datum est beneficium, et
pecunia nondum sit soluta, nam
secus quando pecunia est data, sed
beneficium nõdum est traditum,
vel quando intercessit solum pe-
cunium, sed nulla traditio, pœnæ
læ non incurruntur. Imo vero
nec in vno casu ob Simoniam con-
uentionalẽ illas incurrere, satis pro-
babile est; propter autores qui

sentiunt, incurruntur vero semper
propter Realem, & tunc benefici-
um relinquendum est in mani-
bus conferentis, & pecunia
dāda pauperibus vel Eccle-
siæ. Quæ de decimo præ-
cepto dicēda forent,
vide in sexto cō-
pendiose col-
lecta.

Finis Libri Quinti.

